






VARIAE LECTIONES
VETERIS TESTAMENTI

EX IMMENSA

MSS. EDITORUMQ. CODICUM CONGERIE HAUSTAE

ET AD SAMAR. TEXTUM, AD VETUSTISS. VERSIONES,

AD ACCURATIORES SACRAE CRITICAE FONTES AC LEGES

EXAMINATAE

OPERA AC STUDIO

JOHANNIS BERN. DE-ROSSI S. T. D.

ET IN R. PARMENSI ACAD. LING. OR. PROFESS.

VOLUMEN I

PROLEGOMENA, CLAVIS CODICUM,
GENESIS, EXODUS, LEVITICUS.

Veterum librorum fides de Hebraeis voluminibus examinanda est.

Hieron. Epist. ad Lucin.





PARMAE

EX REGIO TYPOGRAPHEO
cIɔ. Iɔcc. LXXXIV.
FACULTATE OBTENTA.

VICTORIO AMEDEO III
SARDINIAE REGI
PIO FELICI AUGUSTO

JOH. BERN. DE-ROSSI

Quod olim exoptabam summopere, AUGUSTISSIME REX, quum decem abhinc annis lucubratiunculam de vana judaeorum expectatione tuo nomini nuncupabam, ut illustrior aliquando suppeteret probandae voluntatis meae gratique animi occasio, hoc tempore mihi vi-

deor assequutus. Nec enim officio satisfactum existimabam tenui illa opella, non sat quum duobus post annis vigintiquinque imperii tui urbes totidem diversis ac peregrinis linguis tibi augustisque filiis nuptis gratulantes introduxi. At vero ea est nunc suscepti operis dignitas, ut nihil a me suscipi potuisse putem gravius, nihil illustrius, nihil quod magno Regi possim offerre fidentius. Quid praestantius, aut religioni gloriosius, aut retundendae hodiernorum incredulorum pervicaciae efficacius, quam pietatis nostrae libros singulari Dei providentia apud judaeos asservatos produci, vetustas excuti quotquot aetatem ferunt, sacri textus membranas, innumeros mss. codices divinae revelationis testes undique colligi ac conferri, sacrorum fontium integritatem vindicari, pristinam dignitatem restitui, veras lectiones ostendi? Aut cuinam potius quam tibi illud inscribendum putarem, in quo quum multa eniteant insignissima decora, virtutesque plane eximiae, tum nulla est religione splendidior? Est haec vetus ac domestica laus SABAUDAE domus, quam tu aemularis studiosissime, cujusque non ego vetera aut aliena, sed propria eaque luculentissima ac recentissima argumenta suppedito. Non persequar hic quo ardore ad sacra studia

et ad orientales litteras, in quibus maximum illis praesidium situm est, me incitaveris, qua benignitate, quibus expressioribus benevolentiae notis eorum primitias primaque juvenilia tentamina exceperis, quae certissima mihi dederis sive in patria degenti, sive ab ea avulso amoris ac beneficentiae pignora. Quae tua, o REX, clementia nuperrima fuit, ut non modo prodeunti huic meo foetui auspicia tua, enixe ea me et humillime efflagitante, concederes, sed et ecclesiasticis praeterea stipendiis auctorem majus quid, ut ecclesiae ac reipublicae prosit, audentem ac conantem supra vires, liberalissime cumulares! Quo praeclaro benefacto tuae virtutis dignissimo (cui et singulare aliud clementissimi FERDINANDI nostri nepotis tui optimi ac dulcissimi uno eodemque tempore accessit) illud in primis factum est, ut in diuturna hac, injucunda, salebrosa ac laboriosissima provincia animus pene dejectus assurgeret, novaque haec Collatio et promoveretur citius, et ederetur absolutior, deinde vero ut ea non invideret Anglicae tot illustres moecenates, quibus in fronte superbit, tot nationis proceres, qui tanto animorum aestu tantoque aere munifice effuso illam promoverant. Quod ergo multis nominibus tibi jam debebatur opus, quod

officii institutique ratio postulabat tibi consecrari, tua nunc munificentia nobilitatum, auctum, promotum, potiori jure ego tibi debeo, eoque quo par est, obsequentissimo animo ac devinctissimo dico ac consecro. Testetur hoc apud posteros, testetur apud tot exteras dissitasque nationes, quae illud cohonestant, quantum tu in deliciis habeas sacras litteras, quantum religionis et Italiae decus, quantum tuorum studia humilesque conatus! Testetur haec potissimum apud immortales Superos naturae humanorumque casuum moderatores, efficiatque apud ipsos, ut diu ad ipsius religionis tutelam imperiique foelicitatem te sospitem servent atque incolumem. Quid enim mihi exoptatius quam ut consequar laboribus, precibus, vita ipsa, si opus sit, ut faustissimi ac pretiosissimi tui dies producantur longius et protrahantur ad seram aetatem!



CONSPECTUS PRIMI VOLUMINIS.

I

PROLEGOMENA HISTORICO-CRITICA.

PROLEGOMENON PARS I

OPERIS OECONOMIA ADHIBITIQUE COLLATIONIS FONTES.

PROLEGOMENON PARS II

DE AUCTORITATE FONTIUM VARIARUMQUE LECTIONUM CANONES CRITICI.

II

CLAVIS, SEU DESCRIPTIO COLLATORUM MSS. EDITORUMQUE CODICUM SACRI TEXTUS.

III

GENESIS, EXODUS, LEVITICUS.

IV

SYLLABUS ILLUSTRIUM VIRORUM

PROLEGOMENA
HISTORICO-CRITICA.

PROLEGOMENON

PARS I

OPERIS OECONOMIA ADHIBITIQUE COLLATIONIS FONTES.

§. I

Operis institutum, praestantia, usus.

Quid hoc opere intendam, cui oxoniensis collatio meaque mss. codicum hebraeo-biblicorum suppellex occasionem potissimum dederunt, titulus ipse satis demonstrat. Producuntur hic variae lectiones V. T. ex immensa mss. editorumque codicum congerie, idest ex mille quadringentis septuaginta et amplius sacri textus codicibus, et ad samaritanum textum, ad vetustissimas versiones, ad accuratiores sacrae criticae fontes expenduntur. Sacra itaque apographa quae aetatem ferunt, ac pietatis nostrae libri singulari Dei providentia, ut Justinus inquit, apud judaeos etiamnum asservati conferuntur, eorumque lectiones ab interitu vindicantur. Excutiuntur vetustiores membranae, quae juxta Anastasium sinaitam officiunt corruptrici prurigini, codices antiqui cum recentioribus, samaritani cum hebraeis, versiones cum textu componuntur amice, de hebraeis voluminibus veterum librorum fides, quod Hieronymus optabat, examinatur, revelationis ejusque fontium integritas et auctoritas idoneis ac luculentis testibus asseritur, Dei triplicisque diversissimae gentis et ecclesiae, judaicae, samaritanae, christianae in iis servandis religio panditur, hebraica veritas ostenditur. Vulnera si quae sunt ab injuria temporum vel amanuensium incuria ss. codici inflicta, sanantur, antiqua sacri textus restituitur dignitas, vera a falsis discernuntur, humana a divinis, authentica ab apocryphis, menda a veris lectionibus. Hoc est paucis suscepti operis institutum, quo nullum puto potuisse suscipi praestantius, nullum quod esset aut sacris studiis utilius, aut religioni gloriosius.

§. II

Sacrorum fontium integritas non labefactatur, sed demonstratur.

Sacri textus integritatem dico demonstrari. Etenim quum ea sita sit in revelationis substantia, in fidei morumque doctrina, in historiae veritate, tantum abest, ut ex instituta generali sacrorum codicum collatione evertatur, ut potius luculentissimo testimonio demonstretur, novumque ad revincendos revelationis hostes invictissimum suppeditet argumentum. Quodnam enim luculentius argumentum ad eorum pervicaciam retundendam, aut efficacius, perfectissima quotquot supersunt, mss. codicum tam diversae dissitaeque aetatis, nationis, scriptoris, conditionis in rerum summa ac veritate consensione? Si vero de minoribus historiae adjunctis et rebus loqueris, errata ipsa pro viribus tollentes ab hominibus illata, quod sacrorum criticorum munus est, et fontes ostendentes, unde tollantur, pristinam sacri textus integritatem non labefactamus, sed restituimus. Monemus haec quae patent per se, ut a metu pios quosdam homines liberemus, qui variarum lectionum editione offendi putant sacrorum librorum integritatem et auctoritatem, ansamque dari incredulis eam negandi, christianis vero de ea dubitandi.

§. III

Var. lectiones fontium puritati et auctoritati non derogant.

Monemus autem potissimum ut eos redarguamus, qui in extremum aliud delapsi variis lectionibus abutuntur, ut hodiernos revelationis fontes corruptos clamitent, ac si minora quaeque menda totidem sint gravissimae corruptiones, quae fontes illos a sua dignitate ac puritate dejiciant. Si enim semel alicujus libri vel auctoris integritati et auctoritati obstant variationes ac leviora errata, quinam, quaeso, erit liber et auctor integer, quinam revelationis fons aut scriptura infallibilis et authentica? Aut quomodo corruptus appellari potest vel debet textus in summa ac veritate rerum incorruptus, sincerus? Minus ergo accurate ac prudenter celeberrimus Kennicottus, immaturo nuper fato ereptus, masorethicum textum saepe corruptum vocat, qui ex tot codicum collatione certo sciebat ac palam etiam profitebatur „ vel in corruptissimo quoque codice ea haberi, unde summa rerum vere erui possit, seu historiam

» spectamus, seu doctrinam, et » utcumque in sacris codicibus » per librariorum incuriam erra- » tum fuerit, semper tamen de- » duci potuisse et fidei, et of- » ficiorum normam » (1). Multo moderatior Morinus, qui quamquam esset et ipse masorethici textus infensissimus hostis, candide fatetur, quod » exemplar » seu ἀπόγραφον ob aliqua scri- » barum παραγράμματα ἀπογράφου » germanitatem non perdit; alias » nullum esset nobis sacrorum » codicum et antiquorum quo- » rumlibet librorum germanum » exemplar » (2). Idem codicum dissensus, eaedem variationes ac naevi aderant patrum aetate in hebraico textu, qui tamen non obstabant, quominus appellaretur ab illis hebraica veritas, legitimus revelationis fons, infallibilis, divinus, authenticus, ad quem in latinorum graecorumque codicum discrepantiis ut ad veritatis criterium esset recurrendum, exigendaeque et emendandae ecclesiasticae interpretationes. Hinc falsatos audiens judaeorum codices, cachinnum tenere non potest Augustinus, Hieronymum vero pudet contentionis nostrorum qui hebraicam arguunt veritatem (3).

§. IV

Variarum lectionum ac mendorum origo.

At vero si sacrorum librorum doctrinam quae a Deo est, integram servare Dei erat ejusque providentiae, verba, sententias, orationem quae hominum, humanae tantum sollertiae fuit, quae illos ab omni labe praeservare non poterat. Erant ne infallibiles judaeorum scribae et amanuenses, aut quod auctoribus adstiterat supremum numen, immensae ne descriptorum hominum cohorti adfuit, ne in describendo errarent? Miraris ne sacros libros per annos ultra ter mille ad nos transmissos ac descriptos tot amanuensium opera, humani quidpiam esse passos, minoris momenti maculas contraxisse, paullulum nunc a Mosis ac prophetarum autographis variare? Scribarum sane incuria multa menda peperit. Litteras illi, maxime affines, confundunt, ex uno in alterum locum, praesertim si idem verbum repetatur, transiliunt, rapido properantes cursu verba, versus omittunt, alio intenti, ubi eadem occurrunt, aliter describunt, memoriter saepe versus absolvunt, saepe anomalis analoga inadvertenter sub-

(1) *Dissert. gener.* §. 7.
(2) *Opuscula hebraeo-sam.* p. 620.
(3) Aug. in Isai. VII, Hieron. in Hier. XVII.

stituunt, glossas demum, scholia, notas tamquam veras lectiones accipiunt, et in textum obtrudunt. Haecque menda criticorum imperitia et audacia adhuc auget, qui vel verba quae credunt superflua, delent, vel ex analogia et parallelis locis, vel mendosis exemplaribus corrigunt, mutant, interpolant, et in correctione quae sibi videntur, addunt aut detrahunt, qui scribunt, inquit Hieronymus, non quod inveniunt, sed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos. Atque ejus quod dicimus, non unum aut alterum, sed infinita in codicibus, quos aetas ad nos demandavit, prostant exempla.

§. V

Antiqua sacrorum codicum conditio.

Vix e sacrorum auctorum manibus libri delapsi sunt, quod hoc fatum subiere. Vix edebantur, quod millies a doctis, ab indoctis, privatim, publice, in Judaea, extra Judaeam, a judaeis, proselytis, exteris, a palaestinis, chaldaeis, aegyptiis, diligenter, indiligenter describebantur, ipsaque descriptorum codicum menda ac variationes diversa tot describentium nationum pronunciatio adhuc augebat. Variae enim omnes, ut observat Hieronymus epist. ad Evagrium, legebant ac pronunciabant, ut alexandrinus judaeus vix textum a palaestino lectum vel dictatum intelligeret, cujus quidem rei fidem facit amplissimam insignis illa, quae modo in veteribus interpretibus conspicitur, propriorum nominum diversitas. Quid etiam in sacros codices non potuisse putas tot judaeorum vicissitudines, persecutiones, exilia? Judaei ipsi dolent in captivitate babylonica, deficiente linguae sanctae usu, imminutum sacrarum pandectarum studium et intelligentiam, plurima earum exemplaria periisse ac fuisse distracta, pauca mansisse incorrupta, coactum Esdram sacros libros restituere et emendare. » In » captivitate prima, inquit Kimchius praef. in Josuam, perierunt libri sancti et deportati sunt, et sapientes biblicarum rerum gnari mortui sunt, » et viri synagogae magnae, qui » legem antiquo decori restituerunt, repererunt in exemplaribus discrepantias, in quibus majorem numerum pro eorum scientia, vel judicio sunt sequuti. » In iis vero locis, quae intelligere et extricare non poterant, unam lectionem scripse-

» runt sine punctis, vel eam » scripserunt tantum ad margi- » nem, non in textu, sicque » scripserunt aliter in textu, ali- » ter ad marginem ». Haec eadem repetit Elias levita in praefatione II ad lib. *Masoreth*, et fere eadem Ephodaeus, subdens » in locis, in quibus orta fuerat » confusio et jactura, illos re- » liquisse *keri* et *kediv*, sibi- » que videri jacturam hanc coe- » pisse jam tempore templi II, » quum diminutum est studium; » adeo vero negligenter obser- » vatum illud *et meditaberis in* » *eo diu noctuque*, et illud *et* » *legem exquirent de ore ejus*, » ut de libro Pentateuchi scri- » ptum sit, quod eum fortuito » Elcias sacerdos magnus repe- » rerit » (1). Equidem antiquitus valde jam dissensisse inter se sacri textus exempla, multaque in ea menda irrepsisse, dissensus ipse ac ratio sam. textus et antiquarum versionum luculenter ostendit, ac nullus dubito, quin multae quae modo extant, codicum discrepantiae, nonnullaque menda ab ipso sam. textu vel priscis interpretibus probata, ad remotiora illa tempora sint referenda.

§. VI

Immutationes in sacra autographa publica auctoritate introductae.

A fortuitis hisce mutationibus, quae vel a temporum injuria vel ab amanuensium oscitantia et inscitia, vel ab exemplarium copia et dissensu emanabant, distinguendae sunt eae, quae fiebant publica auctoritate. Sacri auctores acta sua variis saepe temporibus, nulloque interdum servato rerum vel temporum ordine scribebant, eaque saepe successores, discipuli, publici scribae ac magistratus colligebant, et digerebant. In hac recensione, quae a sacris scriptoribus vel publica saltem synagogae auctoritate fiebat, acta illa modo fuisse abbreviata, modo suppleta, nonnulla in iis addita, emendata, omissa, mutata, hodierna sacrorum librorum conditio manifestissime evincit. Ita sacra autographa in discipulorum vel synedrii manibus novam veluti formam induebant. Multa sane quae in Pentateucho

---

(1) En auctoris verba ex ms. et inedito ejus *Mahassè ephod* cap. VII במקומות אשר השיגם ההפסד והבלבול הניחו הקרי והכתיב . . והנה נראה כי ההפסד הזה כבר התחיל גם בזמן הבית למיעוט העיון וגם על ספר התורה כתוב שמצאו חלקיה הכהן הגדול במקרה ראה איך קיים והגית בו יומם ולילה והוא שנאמר עליו ותורה יבקשו מפיהו.

leguntur, non Moses sed Josue simul congessit, supplevit, absolvit; quod aperte testatur antiquissimus syrus interpres, qui ad Pent. calcem eum dicit *compositum a Mose, sed dispositum et absolutum a Josue filio Nun ejus ministro* (1). Moses vero nonnisi ex praeextantibus actis videtur Genesim consarcinasse, primaque ipsa capita antiquiorem, immo primaevam orbis aetatem sapiunt, ac simplicitatem primorum hominum. Quodque de creatione conjicimus, forte conjiciendum est etiam de historia diluvii. Nec enim video, cur ob crebras quae in ea occurrunt, repetitiones, scribis potius Mosis acta digerentibus illam tribuat Simonius, quam scriptori Mose antiquiori, aut quare ex membranarum et actorum confusione paullo inversum si quis extat, ac perturbatum rerum ordinem, non ex retentis qualia supererant, antiquis monumentis repetat Astruc.

§. VII

Esdrina recensio.

Sed inter sacros scriptores criticis curis addictos nemo Esdra celebrior scriba veloci in lege Mosis, vel ut Artaxerses loquitur, scriba legis Dei caelorum (2), qui sacros omnes codices ac libros in unum collegit, recognovit, supplevit, nonnullaque in iis vocabula propter vetustatem, ut Huetii verbis utar (3), et desuetudinem ignota trita et usitata voce mutavit. Mutavit et antiquas Mosis litteras, novamque ac plane diversam in sacros codices formam invexit, ut falso olim crediderint nonnulli Esdram amissos libros in integrum restaurasse ac restituisse, gravissimeque eum corrupti depravatique textus accusarint samaritani. Ac mutationes quidem in judaico textu ab Esdra factas fuisse samaritanis non negant judaei et christiani. Illud negant esse totidem sacri textus corruptiones, quum ipsae sint vel verae emendationes ex mss. codicibus ac criticae legibus factae, vel justae mutationes a sacro scriptore, qualis erat Esdras, et ex publica supremi consessus, cujus erat membrum, auctoritate introductae, quas Dositheanis leviores fuisse in eorum chronico samaritani ipsi non dissimulant.

§. VIII

Antiquorum codic. divisio ac dissidium.

At vero esdrina recensio priores codices non extorsit, qui ex-

---

(1) ܡܬܡܠܠ ܠܡܘܫܐ ܡܬܬܩܢ ܘܡܫܬܠܡ ܠܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܡܫܡܫܢܗ.

(2) 1 *Esd.* cap. VII 6 et 21.

(3) *Demonstr. evangel.* p. 195 edit. Ven.

tra Palaestinam in Assyria, Babilonia, Aegypto legebantur, hisque codicibus tribuendum potissimum videtur antiquorum apographorum dissidium. Ad hos codices referendi, 1.° codices qui cuthaeorum vel samaritanorum manibus jampridem terebantur, 2.° israelitici, et assyriaci, qui cum samaritanis consentiebant; ab israelitis enim et assyriis hebraeis illos samaritani acceperant, 3.° aegyptii, unde forte desumpta graeca Lxx interpretum versio, quae cum samaritanis et israeliticis codicibus congruit, et ab esdrinis valde recedit, 4.° babylonii judaeorum qui reversi non sunt. Plerique namque judaei et illustriores in Babylonia remanserunt, incertumque est quod notat Josephus Albo, Esdram ante discessum codices emendasse, atque illegitimos omnes secum detulisse, ne cum emendatis confunderentur (1). Ita duplex evasit codicum genus, quod adhuc hodie perdurat, israeliticum alterum, antiesdrinum, inemendatum, ad quod spectat codex samariticus, et Lxx interpretum versio, alterum judaicum, palaestinum, esdrinum, reformatum, quod sistunt codices hebraici. Tempore autem Esdrae ac II templi duo diversa inter judaeos, non inter solos samaritas, vel israelitas, invaluisse sacrorum codicum genera non difitetur auctor libri *Meor enaim*, qui praeterea eo progreditur ut in Palaestina ipsa post esdrinam emendationem vulgares apud populum codices samariticis litteris conscriptos et ab esdrino dissidentes putet extitisse, quorum unus graece vertendus ad Ptolomaeum missus sit, in eo uno errans quammaxime, quod vulgares hos codices, israeliticos, samaritanos, ex conjectura quam a Philone ac male intellectis ejus verbis acceperat, chaldaice translatos fuisse opinetur (2).

§. IX

Criticae sequentium temporum masorctharum potissimum in sacros codices curae.

Succedente tamen tempore judaei omnes esdrinum codicem se-

(1) *Ikkarim* sect. III cap. XXII.

(2) » Tempore II templi fuerunt judaeis bini Pentateuchi mss., unus litteris assyriacis et » lingua sancta secundum libros rectos qui sunt » apud nos, hicque est quem disposuit et correxit Esdras scriba, videns quod corrupta vel confusa fuerant exemplaria, partim culpa ac negligentia patrum nostrorum templi I, de quibus » dictum est *et oblitus es legis Dei tui*, partim » ob scissuras quae in illos irrepserunt in captiv. » babylonica. Huncque librum rectum quem ille » scripsit, dedit sacerdotibus et viris synedrii per» tractantibus legem ut nos edocerent. Alter vero » Pent. liber paullulum hic vel illic diversus, qui » spargebatur in plebe, et scriptus erat litteris he» braicis, seu transfluvialibus, quae relictae sunt » idiotis, translatus autem lingua aramaea vel chal» daea, quae erat tunc sermo eorum communis. » R. Azar. de Rubeis *Imrè binà* cap. v. f. 38.

quuti sunt, solique samaritani israeliticum servarunt. Uterque in antiqua sua conditione, forma, integritate, quod divinae de nobis providentiae est opus, ad nos pervenit, exceptis iis mutationibus, quas tot rerum ac temporum vicissitudines necessario debebant inferre. Ac quamdiu res judaeorum floruerunt, stetitque urbs, templum, synedrium, sacerdotium, floruere sacra studia et esdrinus textus intemeratus permansit. Sed capta ac diruta Hierosolyma, solo aequato templo, sublata auctoritate, captivis abductis judaeis, dispersis sacerdotibus, magistratibus, scribis, sacri codices pati et ipsi debebant ac nationis sequi conditionem ac casus. Successere tempora traditionum, quibus videlicet judaei traditionibus potius vacabant, quam sacrae criticae. Miscnica ac talmudica aetas criticum studium neglexit, et allegoriis intenta sacri textus menda et varias lectiones adauxit. Longo post haec tempora intervallo, reflorescente lingua sancta, eaque a doctissimis grammaticis excitata et ad certas leges composita, refloruisse etiam visa sunt sacrorum librorum studia, sequutique recentiores masorethae, quorum labores, ac criticae in sacrum contextum lucubrationes cujusvis nunc manibus teruntur. Quamquam porro judaei labefactatam sacri textus conditionem a masorethis pristino decori restitutam praedicent, non videntur tamen corticem et ortographiam excessisse, nec curasse, ut textum emendarent, varias omnes antiquiorum codicum, graviores praesertim lectiones colligerent, in dubiis quaenam verior esset, quaererent, quod primi illi antiquissimi critici fecerant, sed tantummodo ut textum qualem acceperant, ejusque libros, sectiones, versus, verba recenserent et conservarent, aut ad marginem ablegarent quae ipsis videbantur corrigenda. Hinc recte eorum critica סיג *sepes* legis dicitur, non emendatio. Plerasque graviores codicum discrepantias illos omisisse, samar. textus, antiquarum versionum, optimorum etiam codicum auctoritate stipatas, nec quidquam de iis definiisse, ex nostra hac collatione constat apertissime, et si utilis est masora ad dignoscendam sacrorum verborum ortographiam et codicum statum quoad litteras plenas ac deficientes, aliaque ejusmodi, in quibus ejus auctoritate, ubi opus est, utimur, etiam in his ita saepe manca, imperfecta, interpolata est, varia, discors, antiquis aliquando melioris notae codicibus contra-

ria, ut illi uni qualis hodie extat, perperam fidendum sit, judicandumque de sacri textus lectione, nec fidant doctiores ipsi judaeorum critici.

§. x

Conditio hodierna sacri textus.

Atque haec quum ita sint, perperam quispiam contenderet posse masoretharum curis emendatos sacros codices, hodiernamque masoram sacri textus mendis ac discrepantiis mederi. Post tot reformatorum studia, tot insignes ac celeberrimos labores, nemo, non dicam ex christianis criticis, sed ex superstitiosioribus judaeis masorethici textus ejusque integritatis tenacissimis diffitetur plura in hodierno textu contineri minoris momenti errata ex sanioribus criticae fontibus, ex mss. praesertim codicibus emendanda, plures varias dubiasque lectiones ex eorumdem fontium auctoritate dirimendas. Norzius, summus ille judaeorum criticus, qui Todrosium, Chaiimum, Lonzanum aliaque suae gentis in sacra critica lumina longo post se intervallo reliquit, dolet in inedita praefatione sui Commentarii „ sacros libros qui in confinibus „ suis sunt, repletos esse erro- „ ribus, in Commentario vero „ multitudinem variarum lectio- „ num illos occupasse, se suos- „ que omnes sicut oves errare, „ nec esse qui doceat et judicet „ secundum normam, sacri tex- „ tus discrepantias singulis die- „ bus continuari et augeri, ejus „ editores ambulare in tenebris, „ non esse qui indaget aut quae- „ rat eas auferre, neminem pos- „ se emendare quod a diebus „ antiquis perverterunt scribae „ et typographi, palpare nos tan- „ quam coecos in obscuritate di- „ versitatum, rogans Deum, ut „ tempus acceleret, quo amo- „ veantur tenebrae et perplexi- „ tates (1). Haec Norzius, qui in multis locis receptum textum ut mendosum, deserta masora, ex mss. codicibus vetustisque editionibus emendat, non dissentiente correctore et editore illius Bibliorum, qui auctoris querelas repetit, et emendationes in textum recipit. Conferantur Lonzanus, rabbini ejus libri approbatores, Menassè ben Israel, et recentior editor Pent. amstelod. anni 1751, qui in praefatione conqueritur quod multae corruptelae et errores irrepserint in legem sanctam. Sed quid testibus egemus? Annon menda ipsa testantur, quae in hodierno textu reperiuntur, suisque locis in no-

(1) Ad Prov. cap. VII 25, Isaiae LIV 1, II Reg. XVIII 29, Ezech. XI 19.

stra hac collatione notamus? Annon infinitae ipsae marginales emendationes illum mendosum prima etiam fronte evincunt, ostenduntque judaicam olim nescio an superstitionem dicam, vel imbecillitatem, non audendi manifesta errata corrigere? Annon demum fatentur omnes critici fontem hodiernarum editionum vel vulgati textus esse Biblia veneta R. Jacobi Chaiim an. 1525, hanc autem editionem mendosam esse, ex mendoso codice haustam, insignia ac manifestissima in sacrum textum et secutas omnes vel fere omnes editiones menda invexisse, ac singulares lectiones nulla codicum auctoritate firmatas?

§. XI

Fontes sacrae criticae. Mss. codices, ac varia eorum genera.

Quinam porro sunt legitimi sacrae criticae fontes, ex quibus sacri textus lectiones et emendationes erui certo poterunt? Ex doctiorum criticorum sententia et usu sunt hi mss. codices, editiones, praesertim antiquae, samaritanus textus, antiquae versiones, loca parallela, contextus vel historiae analogia, novi foederis, ac veterum sive ecclesiae, sive synagogae scriptorum testimonia, criticae conjecturae, masora demum de qua quid sentiamus supra diximus, et infra iterum, quantum sat est, dicemus, generales sacrae criticae canones tradituri. Primarius ergo fons sunt codices mss.. Etenim quum autographa perierint, ac nullibi hodie supersint, quae aetatem ferunt apographa, eorumdem locum tenent, sacrarumque lectionum testes sunt idonei ac luculenti. Varia est mss. codicum divisio, diversaeque classes. Alii a judaeis, a rabbanitis scripti, ut sunt plerique, a christianis alii, vel a karaeis, qui sunt paucissimi, nec Mardochaeo teste in tractatu de hac secta a rabbaniticis dissidentes. Multi voluminum forma ad synagogarum usum ac publici, alii communi forma librorum compacti et privati. Nonnulli sine punctis et cum litterarum coronulis ad publica exaranda volumina descripti, eorumque exemplaria ac norma, alii communes privatis studiis consecrati, variae formae, aetatis, nationis, provinciae, ex varii generis apographis et in variorum usum delineati, membranacei, chartacei, bombycini, quoad volumina, etiam in corio, antiqui, recentiores, masorethici, amasorethici, seu a masora recedentes, accurati, mendosi, cum masora magna, vel textuali, versionibus, commentariis, vel cum nudo textu, cum

targum alternis versibus, vel versione interlineari, vel ad marginem ac laterali columna, variis columnis, vario librorum ordine ac canone, vario etiam modo quoad poeticos libros exarati, hemistice, vel integra linea, variis litteris, quadratis, rabbinicis, quadratis hispanicis, germanicis, italicis, unde hispanici, germanici, italici vel intermedii dicuntur. Alii denique cum epigraphe, et certa anni et scribae designatione, alii dubiae aerae et scriptoris incerti.

§. XII

Aerae codicum. Earum cum christiana comparatio.

Aera autem codicum sive mss. sive editorum plerumque est ab orbe condito, qua a multis seculis communiter utuntur judaei. Ut judaica supputatio minor est ac serior christiana annis 240, totidem addendi, ut alteram cum altera componas nostrumque annum invenias. At vero saepe solent scribae et editores in epigraphis millenaria seponere, ac minorem tantum annorum numerum notare. Annus hic dicitur annus minoris supputationis, cui ut integra aera habeatur, tot superaddenda sunt millenaria, quot ab orbe condito intercesserunt. Quum ergo legis Kennicottianum cod. 2 scriptum anno 64, subintellige 5064, ut plenius habet cod. meus 3, primus ex meis codicibus qui cum aera occurrat. Huic aerae si annos addis 240, habes aeram nostram a creatione 5304, si quatuor millenaria demis quae Christum praecesserunt, habes annum Christi utriusque codicis 1304. Ac brevior adhuc est et expeditior ratio, si subintellectis millenariis utriusque aerae, minorem annum vel supputationem judaeorum statim in minorem Christi, additis 240, redigas. Ita annus judaicus 64 erit annus noster 304, judaicus decurrens 543 noster 783, ille supra quinque millesimum, hic supra millesimum. Nota tamen judaici anni initium cadere in mensem septembris, ac proinde annum nostrum praecedere aliquot mensibus, adeo ut primi menses novi judaeorum anni semper incidant in postremos decurrentis vel exeuntis christiani. Sic primi menses an. 544 pertinent adhuc ad incompletum nostrum 1783. Ut ergo adamussim et accurate redigantur anni, quaelibet aera codicis quae cadit in initium anni, ea ad finem praecedentis anni christiani est referenda, vel addendi tantum anni 239. Sed hoc a christianis criticis ac bibliographis ne-

gligitur, qui plerumque solum annum cum anno comparant, ut nostrum eruant, atque integram summam 240 judaico adjungunt. Nonnulli codices in Oriente exarati, ut Kenn. 6, 21, 25, sequuntur aeram contractuum vel seleucidarum, quae aeram Christi superat annis 312. Totidem igitur detrahendi, ut christianam elicias. Alii codices, ut Kenn. 154, mei 5, 331, annos numerant a destructione templi, quam statuunt judaei in an. ab orbe condito 3828. Hos itaque in supputationem assume, ut inveniatur aera creationis.

§. XIII

Incerta codicum aetas. Ejus eruendae subsidia.

Quum abest aera codicis, aut est suspecta, vel manifeste falsa, ex conjectura supplenda est aetas. Quod ut accurate fiat, diligenter codicis conditio, scriptio, character, membrana, ac communia antiquitatis criteria examinanda sunt, quae quamquam in hebraea palaeographia sint incerta, aut non aeque certa ac sunt in graeca et latina, non admodum tamen in conjicienda codicum aetate nos sinunt aberrare. Multum autem in re hac juvat usus, multorumque codicum inspectio, ac praesertim diligens codicum incertae aetatis cum codicibus indubiae aerae comparatio. Qui sunt xiiI, xiv, xv seculi, facili negotio, aut non adeo difficili dignoscuntur. Major, immo tota difficultas est de codicibus antiquioribus. Ut ergo eorum aetatem definias, illos compara cum codicibus certae aerae sec. xiiI et xiI. Si codicem antiquiorem, vel antiquiores in eo notas deprehendis, illum ad xiI, vel etiam xI seculum amanda, eoque remotiorem aetatem illi statue, quo remotiora exhibet antiquitatis vestigia ac criteria. Ita factum a me in definienda meorum vel exterorum codicum aetate. Italicos codices fere omnes inspexi, attenteque consideravi binos, quos inter ipsos reperi antiquioris et certissimae aerae, videlicet Bononiensem S. Salvatoris an. 1193, et Romanum maronitarum anno 1216. Caesennatem et Mediceum cum iis confero, et remotioris antiquitatis notas ac characteres deprehendo. Eos ergo ad xI seculum refero, ac merito italicorum omnium codicum exterarum bibliothecarum antiquissimos praedico. Idem de meis ferendum judicium. Habeo prae manibus quatuordecim codices sec. xiiI certae aerae, cum quibus incertos comparem, tanto temporis interval-

lo externoque habitu et antiquitatis notis ab iis, quos antiquiores statuo, disjuncti ac remoti, ut eorum plerosque, nisi certissima ex prima manu obstaret inscriptio, ad seriorem aetatem ac saltem ad XIV seculi initium amandarem. Tantum abest, ut in praeceps judicium ferar, et ad conjiciendam majorem quam par sit, codicum antiquitatem me externa eorum conditio mearumque rerum amor abripiat. Itaque quos ineunti vel medio XII seculo tribuo, ii non modo majorem omnibus his, sed et Bononiensi S. Salvatoris, ac Maronitico antiquitatem praeseferunt, quos XI, majorem codicibus XII. In codicibus autem 634, 503, collatis cum hisce singulis, item cum Caesennate, Mediceo, Vindobonensi, Reuchliniano, remotioris, quin immo remotissimae aetatis indicia conspicio, ut conjicere non dubitem alterum, quod est antiquius, esse posse sec. VIII, alterum IX.

§. XIV

Mss. codicum antiquitas ejusque criteria.

Ut antiquus quodammodo dici queat hebraicus codex, esse debet saltem XIII seculi vel ineuntis XIV; recentiores namque sunt codices sec. XIV exeuntis, et XV, recentissima ac nullius vel exigui usus tot quae in synagogis prostant post XV seculum conscripta Pentateuchi vel Estheris volumina, nisi certo constet ex antiquis apographis ea esse derivata. Codices XII seculi ii vere antiqui, immo quoad hebraicos antiquissimi etiam dici merentur, horumque aliqua copia ad nos pervenit. Qui XII seculum excedunt, remotissimi aevi dicendi sunt, rarissimi, veraque aetatis et bibliothecarum χειμήλια. Hae autem sunt in genere ex conditione ipsa superstitum codicum remotae antiquitatis notae, scriptura rudior, inelegans, intermedia, nec ea tamen italica, vel rotundior, membrana antiqua, flava, crassa, mollis, vetustate corrosa, atramentum evanescens, exaesum, litterae obsoletae, rescriptae, plagulae mutilae, suppletae, ex aliis recentioribus consarcinatae, masora nulla vel rarissima, nullae in orationis serie majusculae, minusculae, inversae, suspensae litterae, nullae initiales minio et auro ornatae, nullum vel rarissimum ad marg. *kerì*, lectiones marginales in textum receptae, tetragrammaton nomen *Jeoàh* pro *Adonai* saepe adhibitum, matres lectionis retentae, plenae dictiones frequentes, nullum vel exiguum inter libros ac sectiones

spatium, puncta quaedam ad implenda spatia inserta, libri nonnulli ac psalmi non divisi, sed connexi, libri poetici a prosaicis distincti, et per hemistichia exarati, lectiones denique a masorethicis saepe dissidentes, saepe cum samar. textu, cum antiquis versionibus, cum veterum testimoniis conspirantes. Conferantur haec cum notis ac descriptione antiquiorum codicum utriusque collationis. Sed singula haec criteria per se ac seorsim sumpta lubrica sunt, fallacia, suis exceptionibus obnoxia, recentioribus saepe codicibus communia. Simul ergo accipienda ac consideranda sunt, et ex eorum veluti conjunctione vel consensione judicandum, et ut aequum judicium fiat, antiquiores codices certae aetatis in subsidium, ut diximus, semper vocandi.

§. XV

Unde antiquissimorum codicum hebr. summa raritas?

Pauci supersunt antiquissimi codices hebraici; qui vero ad graecorum, latinorum, syrorum, coptorum antiquitatem ascendant, nulli. Plures nobis invidit abripuitque aetas, longe plures judaeorum superstitio, ac talmudistarum praescriptum in tractatu *Sopherim*, quo cautum est, ut „ libri (sacri) ac philacteria, „ eorumque integumenta, si at„ trita sint, sepeliantur „. Gravissimae majorum sanctioni obsequens quaelibet synagoga, publicum codicum absconsioni ac sepulturae locum destinat, dictum *ghenizà*, quo a privatis quibuslibet libri omnes afferuntur laceri, corrosi, mutili, usui non amplius, vel aegre inservientes, fragmenta, folia, plagulae, ne distrahantur in prophanos usus, divinaque nomina prophanentur. In hoc ergo loco singula primum deponuntur, unde nos plura optima fragmenta extraximus; deinde vero, eo evacuato ut aliis excipiendis fiat locus, in fovea vel puteo sepeliuntur ad hunc usum in sepulcretis effosso. Ita constantissimam hanc multorum seculorum consuetudinem religiosissime adhuc hodie servant hebraei; nec inverosimile est, quod nonnulli conjiciunt, huic perditionis loco a superstitiosioribus nonnullis damnatos etiam multos ex antiquis codicibus, ob id unum quod amasorethici, inemendati, illegitimi haberentur. Ad haec minus exculta a judaeis studia ac scientias, rarioresque propterea ante XII seculum fuisse sacros codices opinor, contra post hoc tempus vel circa illud doctiorum interpretum fama ac ce-

lebritate insigniter adauctos. Plerique enim codices post ea tempora conscripti eorum commentariis insigniuntur. Hae aliaeque ejusmodi videntur esse caussae, cur paucissimi ad nos antiquissimi hebraici codices devenerint. Qui nullos plane devenisse putant, ii facto ipso ac superstitum aliquot codicum conditione refutantur, qui cum codicibus certae aerae xiI seculi collati manifestas remotioris antiquitatis exhibent notas. Quod si indubia est aera codicis Vindobonensis et ad aeram contractuum necessario referenda, habemus jam codicem sub initium xI sec. certo exaratum, cum quo ceteros componamus. Obiter animadverte quo rariores sunt vetustissimi codices, eo insigniorem esse numerum ac copiam codicum sec. xiI et xiiI, qui ex prioribus illis, et ex autographis, quae ad plura praecedentia secula ascendunt, sunt descripti eorumque locum tenent.

§. XVI

Antiquiores utriusque collationis codices.

Admissa igitur aerae fide relataque, ut diximus, ad aeram contractuum, ex Kenn. codicibus reliquis omnibus antiquitate praestat 590, seu Vindobonensis, qui incideret in an. 1018, vel 1019. Si incerta est aetas, palmam illi praeripiunt 536 et 162, seu Malatestianus ac Mediceus, qui inter exteros italicos codices videntur reliquis antiquiores et xI seculi. Prior tamen est posteriori paullo antiquior. Hos excipiunt codices sec. xiI, inter quos agmen ducit 154 Reuchlinianus anni 1106, 193 Mediolanensis, 201 Norimbergensis, 210 Parisiensis regius, 224 Regiomontanus, 366 Sangermanensis iI, conscripti sub in. sec. xiI, 293 Toletanus CL. Bayeri an. 1144, 531 Bonon. S. Salvat. an. 1193, 326 Paris. an. 1198. Ex meis codicibus viiI, ut ego conjicio, seculi est 634, ix vel x 503, xI 262, 274, sub fin. xI vel in. xiI 10, 349, 379, 611, seculi xiI 56, 159, 248, 350, 378, 552, 555, 614, 645, 649, 701, 704, 734, 775, exeuntis xiI vel ineuntis xiiI 31, 226, 549, 593, 641, 656, 713, 787. Certae aerae sec. xiiI, cum quibus praecedentium codicum notas comparare potui, eorumque aetatem statuere, quatuordecim sunt apud me, videlicet 23, 33, 60, 256, 304, 331, 380, 463, 648, 667, 765, 782, 789, 826, annorum 1255, 1260, 1265, bini 1277, 1278, 1279, bini 1280, 1283, 1284, 1290, 1296, 1298. Ex exteris meae collatio-

nis antiquiores sunt 20 Liburnensis an. 1252, et 38 Patavinus an. 1254. Dubia enim ac falsa videtur aera cod. 92 Hafniensis.

§. XVII

Mss. codicum praestantia.

Ii praestantiores codices, qui antiquiores, et accuratiores, aut ex antiquioribus et accuratioribus descripti, qui probatiores lectiones tuentur, et cum vetustioribus interpretum textibus magis cohaerent. Ex consensu hoc cum veteribus exemplaribus superstitum codicum antiquitatem ac praestantiam ego potissimum dimetior, bonaeque vel antiquae notae codices appello, qui cum samaritano textu et priscis versionibus consentiunt, quique intactum veluti antiquum textum referunt, nec a recentioribus judaeis, vel ad recentioris eorum criticae praescripta reformatum. Quicumque enim sit codex, a quocumque, quacumque aetate, diligentia, modo, charactere exaratus, si lectiones servat cum antiquissimis interpretum codicibus conformes, is vel antiquus est, vel ex antiquo descriptus. Si tamen codex est antiquior, diligentius, a doctiore scriba, in gratiam doctioris viri, ex melioris notae codice, ad synagogae denique usum, et ad publicorum exemplarium normam descriptus, eo major est ejus praestantia et auctoritas, eoque illustrius testimonium, quod fert depromptae lectioni. Quum vero consensionem urgeo antiquorum textuum, ne credas me illos ut emendatissimos omnique macula defaecatissimos putare. Aliter supra statui ubi de antiqua sacrorum codicum conditione egi. Sunt menda quae a remotissimis temporibus videntur in antiquos codices etiam interpretum aetate superiores, et in ipsum sam. textum irrepsisse, quae nunc eorum auctoritate confirmantur, ac moneo deinceps magnam hic a critico cautelam adhibendam esse in distinguendis accuratis ac veris veterum codicum lectionibus, nec minus vetustissimos illos quam recentiores codices ad sanioris criticae leges esse exigendos. Ne ergo putes, propterea quod bonum vel optimum codicem appellem, quod statim ac sine judicio ejus lectiones probem, aut tibi probandas proponam. Bonae notae lectio est, cui analogia contextus, ac samar. textus vel veterum interpretum suffragatur auctoritas, bonae ac praestantis notae codex qui illam servat, quamquam mendosa haec esse possit, ac mendosus codex.

§. XVIII

Mss. codicum correctio.

Ita codicis correctio non tam ex diligentia scriptoris et apographi cum autographo perfecta convenientia est dimetienda, quam ex accurata et optima conditione exemplaris, unde est desumptus. Ceterum tot codices recentiores diligentissime et ad amussim ex masorethicis ac recentioribus codicibus descripti, ii omnium praestantissimi haberentur meliorisque notae. Correctior itaque codex, qui ex antiquiori ac praestantiori haustus, qui textum habet emendatiorem, idest in textum receptas marginales emendationes, et ab eo depulsas tot mendosas lectiones textuales, qui accuratiores ac veriores lectiones complectitur, graviori vetustissimorum interpretum exemplarium ceterorumque communium sacrae criticae fontium auctoritate confirmatas. Nam si de interpretum fide constat in exscribendo textu, eorumque lectio vera translati apographi lectio est, non libera interpretatio, lectio codicis accurati, antiqui, reliquorum fontium gravissimo praesidio suffulta, quis accuset me, quod eam masorethicae praeferam, ac potioris rationis habeam codicem, qui illam servat? Sed aliter sentiunt judaei, apud quos plus valet auctoritas masorae quam codicum sacri textus, et ex solo consensu cum masora de ipsorum codicum correctione, praestantia, auctoritate judicant. Aliter christiani critici nonnulli masorae addictissimi ejusque laudatores eximii, quibus quidquid masoram non sapit, mendosum ac pravum est, soli masorethici codices accurati, optimi, amasorethici omnium pessimi. Quid illis veterum interpretum consensionem laudas, auctoritatem codicum quos praeseferebant, fere bis mille annorum, samaritanum textum tam venerandae vetustatis, repugnantium codicum antiquitatem singularem, auctoritatem principum editionum, gravissima veterum testimonia, parallela loca, historiae vel syntaxis analogiam? Masora, divinissima illa sacri textus sepes, una audienda.

§. XIX

Mss. codices hispanici, germanici, italici.

Ex his patet jam quid sentiendum putem de codicibus hispanicis, germanicis, italicis, qui videlicet hispano, germanico, italo charactere sunt exarati. Per hispanum characterem perfecte quadratum intelligo, simplicem, ele-

gantem, qualis in impressis hodiernis Bibliis cernitur, per germanicum tortuosum, inflexum, acutum, rudem, qualis in Basileensibus Munsteri editionibus. Qui mediam inflexionem tenet, intermedius dicitur, vel italicus. Mixtus tamen aliquando est character variaeque quoad nonnullas litteras formae, ut ad quod genus referas, incertus haereas, et hispanicus quidem deflectit interdum, maxime in antiquioribus codicibus, a sua elegantia, et ad formam accedit intermediam, quod in uno eodemque scriptore aliquando conspicitur. Sic in pervetusto cod. meo 701, quem Kennicottus refert ad initium sec. XII, sub in. ac dimidium codicis character est luculentus, elegans, sub finem rudior ac paullulum deflexus, quamquam sit ejusdem manus. Hinc character intermedius antiquus, et ad quadratum vergens, ad hispanum referri potest, ac recentior ipse paullo rotundior, qui italicus proprie dicitur, propius et ipse ad hispanicam formam accedit. Hispani codices quadratis ergo litteris simplicibus, elegantibus, ac majori non modo calligraphiae, sed et diligentiae ac correctionis laude ad apographi fidem sunt descripti. Initiales litteras habent ceteris aequales, raro majores, targum, non textui, vel singulis versibus subjunctum, sed a latere ac minori charactere dispositum, textum ipsum plerumque ad masorae leges exactum ac raro ab ea discrepantem. Generatim ergo sunt masorethici, unde judaei hispanos codices usque ad tertium caelum evehunt, et ceteris omnibus accuratiores et praestantiores praedicant. Masora ipsa ab hispanis potissimum judaeis profluxit, ejusque fons praecipuus est codex Hillelianus inter hispanos celeberrimus, ad quem cod. omnes correctos fuisse testantur Zacutus ac Ganzius. Fontem autem hunc hispanorum codicum suas exceptiones habuisse, nec in omnibus sectatores hispanos scribas, patet vel ex solis celeb. Josue versibus cap. XXI tanta nunc sacrorum criticorum consensione acceptatis, qui in Hilleliano cod. deerant, in pluribus hispanis adsunt, etiam in iis, qui ex Hilleliano exemplari desumpti sunt, ut est meus 413. Nota tamen hispanos codices antiquissimos, ut est ex meis 701 aliique pauci, saepius a masora recedere, et amasorethicas multas lectiones complecti, ac de Mediceo sec. XI observat Kennicottus, quod plures in eo diversitates fuissent, si recentior manus quaedam verba non immutasset.

Codices germanici rudioribus, inelegantibus, deflexis, ac contortis litteris, plerumque etiam negligenter sunt scripti. Habent initiales litteras generatim majores et ornatas, chaldaicam paraphrasim alternis versibus, frequentiores matres lectiones ac litteras plenas, egregias saepe lectiones, quae in hispanis codicibus non comparent, multas variationes ac textum saepe a masora vel masorethico textu dissidentem, et cum sam. textu, et vetustis interpretibus conspirantem. Quamobrem inter amasorethicos codices primum obtinent locum. Hinc textus qui ob crebras masorethicas marginis emendationes est in hispanis codicibus saepe hiulcus, inemendatus, integrior ac defaecatior in germanicis comparet, quaerentique critico quidnam in antiquissimis codicibus ante invectam hodiernam masoram legeretur, majoris emolumenti ac critici usus sunt codices germanici, minoris, si antiquos excipis, hispani, constatque hoc ex ipsa collatione, in qua germanici multo majorem suppeditant insigniorum variantium numerum. Sunt et peculiares lectiones codicum hispanorum ac germanorum, quos judaeorum critici ac scribae notant, nosque suis locis afferimus, quae tamen cum utrisque codicibus sint interdum communes, certa distinctionis criteria ac notae haberi nequeunt. Qui intermediae inflexionis sunt italici, mediam etiam viam tenent, vel pro diversitate typorum, ex quibus sunt hausti, propius ad unum vel alterum codicum genus accedunt.

§. XX

Codices collationis Kennicottianae.

In tres classes mss. codices divido, in Kennicottianos, meos, et exteros a Kennicotto omissos, a me autem selectis in locis examinatos. Codices qui a Kennicotto vel ejus jussu in variis Europae, vel extra Europam partibus sive in integrum, sive in selectis textibus collati sunt, et in ejus Bibliis Oxonii nuper impressis producuntur, Kennicottianos appello, iisque, iisdem religiose retentis numeris, primum in hac mea collatione locum destino. Ex Kennicottianis mihimetipsi vendico, qui ex judaeorum manibus in meas devenerunt, quorumque multo plenior et absolutior modo a me exhibetur collatio. Sunt autem hi 409, 410, 414, 416, 523, 524, 554, 556, 565, 566, 570, 573, 574, 580, 581, 583, 584, qui nunc sunt mei 3, 5, 11,

304, 305, 411, 413, 579, 629, 649, 677, 699, 701, 715, 716, 735, 782. Hisce demptis, mss. codices Kenn. recensionis sunt quingenti octoginta et unus, qui infra describuntur. Porro quum in iis describendis editis criticorum lucubrationibus ac Brunsianis supplementis usus sim, quae hic sistitur descriptio absolutior, emendatior, quoad inscriptiones singularesque lectiones auctior est habenda, quoad italicos vero, quos ipsemet fere omnes inspexi, perpetuo suppleta. Suppletur et collatio ipsa codicum quoad octoginta octo, quos iteratis studiis selectioribus in locis contuli et excerpsi. Nota quod Kenn. codices usque ad num. 254, item cod. 290, 389, 615, 685, in integrum collati sunt, reliqui in locis tantum selectis.

§. XXI

Mss. codices auctoris, et exteri ab eo collati.

Kennicottianis codicibus ordine subjicio quos ego possideo, in hujus operis gratiam unice a me comparatos. Testem appellabat Deum suamque conscientiam Hieronymus laborum, quos in addiscenda lingua hebraea impenderat, ego appello eorum, quos in extruenda mea hac qualicumque sacrorum fontium collectione insumpsi, quibus studiis eos e judaeorum manibus extorserim, qua aeris profusione saepe sat notam nationis auri sacram famem devicerim, quibus artibus illorum superstitionem, qui vel sacros codices christianis, sancta prophanis renuebant vendere, vel avos, tritavos, sacrumque majorum usum objiciebant, detrectabantque alienare peculium Abrahae et Isaac, haereditatem sanctam Israel, testamentum Jacob. Sed labor, patientia, aurum omnia vincunt, factumque intra paucos annos contra omnem meam atque omnium spem, ut quadringenti septuaginta novem mss. codices sacri textus, plerique non modo oblivioni, sed et perditioni erepti, in meam potestatem venerint, praeter ducentos quadraginta et amplius editos longamque mss. commentariorum seriem. Perbrevem eorum indicem secundum sacrorum librorum ordinem dispositum sub titulo Apparatus hebraeo-biblici edidi; sed novo ac diligentiori instituto codicum examine, accuratior alter ac plenior hic editur per numeros generalis catalogi, sub quibus producuntur, digestus. Inter eos antiqui et bonae notae multi, nonnulli remotioris antiquitatis, quos superius memoravi. Quamquam autem diligenter collati sint, sin-

guli quoad varias lectiones quae hic illustrantur, insigniores et antiquiores in integrum, non ita tamen puto omnes exhaustos, ut nulla elapsa sit lectio, quod et de Kennicottianis dicendum. Experimento enim didici, repetita collatione codicis novas aliquando detectas fuisse varias lectiones quae primum effugerant. Illud unum sat est sancteque adfirmo, quae afferuntur codicum lectiones, accuratiore qua fieri potuit, diligentia fuisse excerptas, easque reapse illis codicibus contineri, quibus tribuuntur. Mss. meos codices excipiunt exteri a Kennicotto praetermissi, a me sive mei opera selectis in locis collati ac decerpti, qui ascendunt ad centum et decem. Ita mss. codices mei meaeque collationis sunt quingenti octoginta novem, quos si cum codicibus Kennicottianis componis ac septemdecim samaritanis, fit summa collatorum mss. codicum sacri textus mille centum octoginta septem, si cum editis, mille quadringentorum septuaginta quinque, ea videlicet summa codicum, quae in nullius unquam textus, libri, auctoris vera lectione probanda colligendaque lectionis varietate hucusque est adhibita, nec facile adhibebitur in posterum. Siqui in operis decursu novae acquisitionis, quod inverosimile non est, prioribus accedent, suum et ipsi locum in ceteris voluminibus habebunt. Praeter hos quamplures alii utique supersunt codices, in Asia praesertim, Africa, Hispania, Polonia aliisque regionibus, qui utiliter possunt conferri. Sed plerisque collatis codicibus, praecipuis, antiquioribus, dici potest facta generalis collatio editaeque omnes vel fere omnes variae gravioris momenti lectiones.

§. XXII

Mss. codices antiqui a scribis memorati, sed deperditi.

Ad horum porro superstitum codicum oras, item a masora, a criticis, praesertim a Todrosio, Elia Levita, Lonzano, Norzio producuntur antiqui nonnulli codices eorumque lectiones. Codices hi maxima apud judaeorum scribas ac criticos auctoritate pollebant, ac tanta, ut in rebus dubiis consulerentur, publica ex illis describerentur volumina, eorumque vel minimae discrepantiae notarentur ad marginem diligentissime. Antiqui ergo, aut saltem singulares et accuratissimi habebantur. Ejusmodi sunt codex Esdrae, ben Naphtali, seu Babylonicus, Assyriacus, ben Ascer Aegyptius interdum, Israe-

liticus, Palaestinus, Hierosolymitanus dictus, Hillelianus, Hierychuntinus, Sinaiticus, Sanbuki, quibus ex cod. meo 185 anni 1304 addendi sunt cod. R. Isaaci, Maphteach, Sindar, R. Jacob, antiquus, anonymus, cod. R. Nathan, R. Menachem, cod. Jacobi filii Isaaci scriptoris ejusdem codicis 185, vel apud eum extans, ex 721 codex R. Iehudae, duarum sororum aliique multi nobis ignoti ac modo deperditi, quorum plerique sola Pentateuchi volumina videntur comprehendisse. Saepe etiam afferuntur codices integrae provinciae ac nationis, ut codices hispani, galli, germanici, italici, hierosolymitani, catalani, arabes. Generatim mss. isti codices sive privati ac speciales; sive publici ac generales in plenis potissimum ac deficientibus litteris discrepabant. In his ergo ubi dissident, variaecque lectioni patrocinantur, eorum auctoritate utimur. Plura de hisce codicibus Elias Levita, Hottingerus, Waltonus, Wolfius, Carpzovius, ac variae quidem lectiones codicum ben Ascer, ac ben Naphtali, item orientalium atque occidentalium impressae multoties conspiciuntur in Bibliis rabbinicis ac polyglottis londin., ut inferius animadvertemus.

§. XXIII

Codices editi, seu editiones.

Mss. codicibus proxime accedunt editi, antiquae potissimum editiones, quae quum ex mss. codicibus haustae sint, quamplures varias bonae notae lectiones suppeditant, maximaeque sunt in re critica auctoritatis et usus. Quae cum masora vel hodierno textu masorethico congruunt, appellari solent masorethicae, quae dissentiunt, amasorethicae. Ejusmodi sunt plerumque antiquae, quae factae sunt ante tempora R. Jacobi Chaiim ejusque Biblia rabbinica an. 1525, quae omnium prima masoram exhibent. Paucae masorethicae praecesserunt paucissimae subsecutae amasorethicae. Posteriores enim editiones fere omnes Chaiimi textum exprimunt, quaeque in nonnullis accedunt mss. codicum collationes et emendationes, eae minoris momenti sunt, quae non tollunt, sed potius confirmant illarum consensionem cum masora. Ex quibus nam codicibus haustae sint antiquae editiones, non vacat inquirere. Adhuc post tot codicum collationes singulares lectiones in illis apparent, etiam in chaimica ipsa, in nullis hucusque codicibus repertae. Illud tenendum quae cum masora vel

masorethico textu conspirant, plerumque haustas ex codicibus hispanicis, vel italicis, quae discrepant, ex germanicis, sed collatis interdum quoad librorum ordinem ac loca nonnulla hispanicis. Nec enim putandum editores uno tantum codice, sed pluribus, iisque variae aetatis et generis saepe usos fuisse, sacrumque contextum aliquando ex masora diversorumque codicum auctoritate emendasse. Jam vero ne quid novae hujus collationis splendori ac perfectioni deesset, ducentas quadraginta duas diversas sacri textus editiones undique collegi, inter quas antiquiores omnes, rariores, praestantiores, nonnullae quoque maximi pretii et usus hucusque ignotae. Inter illas triginta sec. xv, et sexaginta et amplius ante prima masorethica Biblia curatae rarissimae ac mss. ipsis codicibus aequiparandae. Meis editionibus exteras quadraginta sex addo, partim a Kennicotto, partim a me, quoad nonnullas in integrum, quoad plerasque in selectioribus tantum locis examinatas. Quae vero apud me extant, diligenter collatae sunt in iis locis, in quibus dissentiunt vel dissentire solent, pro diversa ratione ac conditione textus, quem sequuntur, iterum plerumque consideratis iis, quas Kennicottus aliique contulerant. Quod non frustra susceptum fuisse ostendunt variae nonnullae lectiones in kennicottianis Bibliis omissae, a me autem repertae, etiam in illis editionibus quae fuerant in integrum collatae. Itaque editiones, quae pro hoc opere conferuntur, sunt ducentae octoginta octo, ex quibus ducentae triginta in Kenn. collatione intactae. Ne autem mireris etiam recentissimas editiones inter illas locum habere; nam etiam hae non modo in litteris plenis ac deficientibus, in numeris, et generibus, sed etiam in nonnullis verbis, immo in integris versibus, ut Josue xxI, diferunt inter se, ut ex collatione constat. Haec de editionibus, inter quas agmen ducunt bina Psalteria, alterum cum commentario an. 1477, alterum cum nudo textu in forma minori circa eundem annum vulgatum, cujus nunc primum notitiam ac descriptionem cum eruditis communicamus. Qui subsecutus est bononiensis Pentateuchus an. 1482, sonc. Prophetae 1486, neapol. Agiographa 1487 integrum Bibliorum corpus conficiunt, seorsim cum variorum commentariis a variis typographis, variis temporibus ac locis editum, quod

statim sonciniana Bibl. an. 1488 exceperunt, prima integra Biblia uno volumine excusa. Confer. quae diximus De hebr. typogr. origine, et De nonnullis antiquissimis editionibus. Editorum codicum indicem post mss. infra suppeditamus brevioribus notis stipatum. Qui plura de iis desiderat, adeat Lelongii, Wolfii, Maschii Bibliothecas.

§. XXIV

Clavis codicum.

Ne perpetuo repeteretur mss. codicum tituli, et in immensum opus excresceret, totidem arabicis numeris eos in collatione exprimo. Sed generalem numerorum ac codicum clavim praemitto, in qua uniuscujusque codicis forma, titulus, contenta, character, inscriptio, scriptor, aetas, conditio, praestantia, singularia, urbs ac bibliotheca, in qua servatur, numerus et ordo, quem in ea obtinet, ut facilis cuique critico pateat ad codicem aditus variasque ejus lectiones pro lubitu per se ipsum comprobet, brevissime aperiuntur. Singulares etiam lectiones describo, in quibus servandis ex collatione hucusque instituta priorum quatuor librorum Pentateuchi codex vel unicus est, vel fere unicus, sive potius loca indigito, in quibus lectiones illae reperiantur. Hebraicas inscriptiones omnes latine religiosissime verto, et quoad insigniores aliquas et antiquiores verba ipsa autographa amanuensis exhibeo. Quandoquidem autem singulos codices recensens, retineo ex judaeorum canone ac consuetudine titulos nonnullos, qui quamquam triti sint, et criticorum omnium ore consecrati, cuipiam videri possunt novi et obscuri, nota, quod per prophetas priores intelliguntur Josue, Judices, libri Samuelis ac Regum, per posteriores Isaias, Jeremias, Ezechiel, XII minores, per agiographa Psalmi, Proverbia, Job, Canticum, Ruth, Threni, Ecclesiastes, Esther, Daniel, Esdras, Nehemias, Paralipomena, per V meghilloth seu volumina Canticum, Ruth, Threni, Ecclesiastes, Esther, per aphtaroth sectiones prophetarum, quae sectionibus Pentateuchi respondent, et in synagogis leguntur, per machazor judaicarum precum compendium, quod pro ritu diversarum nationum ac synagogarum diversum est, italicum, germanicum, hispanicum etc. Si liber minores tantum preces vel quotidianas complectitur, dicitur ordo precum. Aliquando vero diversum librorum ordinem in codice servatum innuo. Tal-

mudicus ordo prophetarum est, quum Jeremias primus occurrit, deinde Ezechiel, tertio Isaias. In agiographis ordo vel canon talmudicus est Ruth, Psalmi, Job, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum, Threni, Daniel, Esther, Esdras, Paralipomena, masorethicus et codicum hispanorum Paralipomena, Psalmi, Job, Proverbia, Ruth, Canticum, Ecclesiastes, Threni, Esther, Daniel, Esdras, germanicus Psalmi, Prov., Job, v meghilloth, Daniel, Esdras, ac Chronica, seu Paralipomena. Mss. codicum descriptioni eorumdem catalogum subjicio per urbes ac bibliothecas digestum, ut pateant statim codices cujuslibet urbis, vel in qualibet urbe collati, ac numeri, sub quibus in opere designantur, et syllabum editionum notulis nonnullis ut supra dixi, ad rariorum illustrationem instructum. Atque ut in selectis locis producuntur identidem etiam mss. mei codices versionum et commentariorum sacri textus, et insigniores aliquot exterarum bibliothecarum, operae pretium duxi breviorem eorum indicem ad calcem attexere.

§. XXV

Samaritanus textus. Ejus integritas.

Sacros codices hodie superstites sive mss., sive editos, excipiunt antiquissimi, inter quos samaritanus textus primum occupat locum. Invictissimum est argumentum, quod sacrorum fontium integritati ac divinitati suppeditat codex samariticus in hunc usque diem servatus a gente per tot seculorum intervallum, seu per annos fere bis mille quingentos a judaeis separata, eorumque inimicissima. Nam congruit codex hic in rerum summa cum hebraico, quin immo idem est cum eo totidem, vel fere totidem litteris, figuris tantum, ut inquit Hieronymus praef. in lib. Reg., et apicibus discrepans. Sane samaritanos non minori studio ac tenacitate, quam judaeos, ac majori etiam in conservando antiquo Mosis textu ductos fuisse multa sunt quae suadent, 1° haec eadem generalis consensio samaritanorum codicum cum judaicis, quamquam nec samaritani a judaicis, nec judaici a samaritanis petiti sint, 2° consensio samar. codicum, qui supersunt, cum testimoniis quae ex samar. textu, vel ex versione graeco-samaritana suorum temporum ab antiquis ecclesiae patribus producuntur, 3° samaritanorum religio, quae non modo Mosis textum ut divinum et sanctissimum colit ac veneratur, sed eum solum colit, ac quam-

libet hominum auctoritatem et traditionem, quoslibet alios libros mosaicis superadditos rejicit, 4° antiquae Mosis ac mosaicorum librorum litterae ab illis tenacissime in eorum textu retentae ac servatae, etsi chaldaicus sermo apud samaritas communis et usitatus, chaldaicas potius formas posceret, quam samariticas obsoletas, 5° quod nulla unquam puncta, accentus, nihil humani vel humanae inventionis in sacrum contextum invexerint, 6° quod summi sacerdotes qui in judaica gente desierunt, in samaritana perdurent, Pentateuchi ac divinae legis custodes, 7° quod vix olim deprehenso Dositheo corrupti vel immutati sacri textus reo, summus samaritarum sacerdos homines miserit, qui sacrilegum corruptorem carceri, corruptum vero exemplar igni traderent (1), 8° quod Esdram ob immutatum characterem emendatumque textum, atque addita in eo vel immutata nonnulla, samaritani facti hujus intollerantissimi corrupti textus in eorum Chronico accusent, et ut corruptorem cum Dositheo comparent, ejus scripturam in aeternum maledictam in datis ad Scaligerum Epistolis propterea appellantes.

§. XXVI

Samaritani textus auctoritas.

Sed sinamus ut propter leviora dissidia et pro acerrimo, quo ducuntur, odio samaritani hebraeum, hebraei samaritanum textum rejiciant ac diris devoveant. Aliter sentit ac judicat moderatus criticus christianus, qui animo a praejudiciis libero, et a partium studio semoto utrumque textum expendit. Ego hebraeum codicem et samariticum tamquam bina diversa unius ejusdemque autographi exemplaria considero, unum antiquum, israeliticum, antibabilonicum, antiesdrinum, inemendatum, quod est samaritanum, alterum judaicum, palaestinum, esdrinum, reformatum, quod est hebraeum. Idem in utroque Mosis textus in revelationis ac doctrinae veritate consentiens, integer, divinus, authenticus. Suae utrique variationes, menda, naevi, qui integritati et auctoritati non obstant. Patres samaritano textu ut vero textu Mosis utuntur, ejus lectiones auctoritatis gratia producunt, et judaicis opponunt atque ubi opus est, praeferunt. Liberum est criticis alterutrum textum, alterutram lectionem sequi, ac non modo elapso seculo Mo-

(1) Conf. inter ceteros Abrah. Ecchell. not. ad *Ebed Jesu* p. 161 seq.

rinus aliique, sed et nostra hac aetate Houbigantius, Kennicottus, anonymus benedictinus auctor dilucidationum in sam. Pentateuchum, samaritanas lectiones saepissime hebraicis anteposuere. Quae igitur intercedunt discrepantiae, generatim pro totidem variis unius et ejusdem textus lectionibus habendae sunt ex sacrae criticae legibus definiendae, ac maximi faciendus est samar. textus, quum eum antiquae versiones et antiqui vel optimi mss. codices judaici confirmant, potissimum quum antiquior sit babylonica captivitate, qua judaei faedatos suos codices fuisse non difitentur, sitque a tot mendosis textualibus lectionibus totque litterarum quisquiliis masorethicis quae in judaico comparent, vel plane immunis, vel multo expurgatior. Hinc singulas variationes alicujus momenti, minoris aliquando quam instituti nostri ratio patiatur, quas sam. textus confirmet auctoritas, diligentius in hac nostra collatione persequimur. In gravioribus tamen discrepantiis et additamentis caute procedendum est. Nam earum plures totidem videntur interpolationes ac glossae ad historiae expositionem ac conciliationem a samaritanis scribis libere invectae, ob quas vix a celeberrima interpolatione loci Garizim, a qua multo studio samaritas Kennicottus aliique purgare nituntur, eos defendi posse autumo, prudenterque litem olim diremisse Ptolomaeum, quum dissentientibus de hac re coram eo judaeis ac samaritanis, » ex lege, inquit Josephus, et successione sacerdotum decrevit aedificationem templi hierosolymitani auctoritate legis mosaicae confirmatam esse ». Sacros ergo codices una cum traditione Ptolomaeus examinavit, antequam samaritas damnaret.

§. XXVII

Versiones antiquae.

Priscae versiones vices nunc gerunt vetustissimorum codicum, ex quibus sunt haustae, tantoque praestantiores habendae earum lectiones, quanto propius illarum codices ad sacrorum autographorum tempora accedebant. Versiones variarum lectionum mss. codicum quos repraesentant, fontes esse legitimos ac luculentos collatio ipsa superstitum codicum et samaritani textus ostendit, in quibus lectiones illae etiamnum servantur. Antiquas intelligo et ex hebraeo fonte immediate petitas. Buxtorfius tenacissimus masorethici textus defensor a Capello non requirebat nisi mss.

codicum auctoritatem cum versionibus conjunctam, quae hodie producitur. Nam nulla aut fere nulla variatio ex interpretibus affertur, quae mss. codicum auctoritate non sit praemunita, nulli interpretes, qui codicum lectiones non confirment. Utor ergo vetustis interpretibus et samar. textu, tamquam lapide lydio, ut lectionum praestantiam et auctoritatem dimetiar. Lectiones versionum quae superstitum codicum habent praesidium, multi faciendae sunt, censendaeque generatim ex exemplari depromptae, quod interpres habebat ab oculos. Contra quae mss. fide destituuntur, dubiae sunt, infirmaeque per se auctoritatis, quum dubii simus, num ex archetypo codice eas hauserit interpres, an vero arbitrio indulserit, ipsumque codicum silentium posterius potius videtur arguere, nisi gravis conjectura critica aliter suadeat, historiaeque analogia ac veritas. Caute itaque colligendae veterum interpretum lectiones, nec quidquid in iis diferre animadvertimus, ad lectionis varietatem trahendum est. Cautius vero praeferendae, nec antequam constet eas vere ex mss. iisque probatissimis sacri textus codicibus esse derivatas, ac gravissimum habere in iis qui supersunt, praestantioris notae testimonium. Ita anceps et infirmus est versionum usus, si solae spectentur, maximus, si cum mss. sacri textus conjungantur. Editis antiquarum versionum textibus londinensium Polyglottorum utimur, a quibus mss. saepe dissentiunt. Quis enim hoc sibi laboris assumat, ut editos textus cum mss. omnibus conferat? Nec instituti nostri est, qui varias hebraicorum codicum lectiones suppeditandas, non versionum aggredimur. Interdum tamen discrepantes mss. interpretum codices, variasque eorum lectiones in londinensibus Polyglottis editas, immo vero ineditas etiam nonnullas ac pretiosas versiones afferimus ac notamus. Textus autem ipsos versionum consulimus, non latinas eorum interpretationes plerumque mendosas, menda ipsa saepissime innuentes, ne criticis errandi causam dent, et ex iis, quod a plerisque factum est, de interpretum lectionibus judicent.

§. XXVIII

Versiones graecae, et chaldaicae.

Antiquior versio est LXX. Quum absolute LXX nominamus, Vaticanum codicem intelligimus; sed ubi a Vaticano Alexandrinus difert, diligenter monemus. Optimus quidem sacrae criticae

fons; cave tamen ne credas perfecte qualis extat, suum codicem referre, aut omnes variationes pro variis codicum lectionibus habendas. Nonnulla de suo addiderunt et mutarunt auctores, nec codicibus satis accuratis videntur usi. In hanc vero versionem glossemata et interpolationes posteriori aetate intrusas agnoscunt critici omnes, ipsique ejus defensores ac patroni non diffitentur hinc inde corruptam fuisse, et duas vel tres identidem versiones in unam coaluisse. Immanes etiam discrepantiae, quae in hac versione extant, ac frequens cum samar. textu consensus, ostendunt non ex judaico, palaestino, esdrino codice eam fuisse adornatam, sed potius ex israelitico et aegyptio, qui ab esdrino dissentiebat (1). Lxx interpretum versioni graecas alias ubi favent, Aquilae, Symmachi, Theodotionis aliorumque subjicimus, item ineditam Pent. veneti divi Marci ex hebraicis codicibus ab hellenista quodam sec. xII vel xIII elaboratam. Antiquae sunt chaldaicae paraphrases, ac magna propterea in re critica earum auctoritas. Sed quae modo extant, sunt et ipsae recentiori aetate interpolatae et ad masorethicum textum accommodatae. Saepe tamen pro varietate codicum, textus, scriptoris, aetatis in mss. editisque antiquis codicibus discrepant, et cum antiquioribus amasorethicis mss., cum samar. textu, cum priscis interpretibus congruunt, ut ex hac nostra collatione patet, in qua varias mss. paraphrasium lectiones accurate ex mss. nostris codicibus recensemus. Quum simpliciter targum vel chaldaeus producitur, eam paraphrasim intellige, quae in londin. Polyglottis una cum sacro textu ac reliquis versionibus extat, Onkelosi videlicet in Pentat., Jonathanis in prophetas, anonymi in agiographa. Reliquae sub suis nominibus afferuntur.

§. XXIX

Vulgatus, Syrus, Arabs, Persa, Sam. interpres.

Vulgato etiam interprete ut legitimo utor emendandae lectionis fonte idoneoque teste hebraicorum codicum, unde est haustus. Crebro tamen litteram deserit, soloque sensu contentus addit, ac detrahit, ut quid vere in suo exemplari legerit, non semper certo erui queat. Vulgati

(1) Vel ex hierosolymitano vulgari, ut vult Azarias, cum sam. conspirante, non sacro ac publico, ut aureae ejus litterae innuunt. Conf. §. vIII. Tychsenius ac Maschius discrepantias repetunt ex codicibus hebraeo-graecis, seu graecis litteris exaratis.

nomine clementinam intelligo editionem in ecclesia receptam, quamquam ubi difert, sixtinam quoque profero, et mss. quandoque codices, inter quos Brugenses, Toletanus, et bini ex meis. Aliquando ad antiquam italam, interdum ad puram hieronymianam appello, in psalmis vero ad Psalterium romanum, seu vaticanum, et ad veronense a Blanchinio editum. Quum syrae versionis fidem et auctoritatem interpono, quod fit frequentissime, simplex intelligatur ex hebraeo deprompta et in Polyglottis excusa. Versio haec antiquissima ordinem ipsum verborum sacri textus et litteram presse sectatur, et ex versionibus omnibus antiquis purior ac tenacior habetur. In aliquibus locis editum cum vetustissimo ms. Ambrosiano syro-estranghelo contuli, in selectis aliis celeberrimum syrum hexaplarem ineditum ejusdem Bibliothecae, cujus descriptionem ac specimen olim edidi. Per arabem absolute intelligo arabicam versionem in Polyglottis editam, quam Saadiae esse, saltem quoad Pentateuchum, constat ex collatione cpol. Pentateuchi an. 1546. Ut vero utraque editio, parisiensis ac cpolitana saepe dissentit, et purior in postrema Saadiae textus habetur, saepissime utramque comparo et dissensum adnoto, non Pocockii notas variasque lectiones secutus, sed cpolitanum exemplar, quod apud me extat. In reliquis libris modo hebraeum, modo syrum, modo graecum sequitur arabs, ut minor propterea sit in illis hujus versionis usus et auctoritas. Recentior est altera hebraeo-mauritana, quam exhibet Pentateuchus ab Erpenio anno 1625 publici juris factus. Non destituitur tamen variis lectionibus optimae frugis, adeoque inter fontes sacrae criticae suum obtinet locum. Sam. interpres religiose suo textui adhaeret, nec proinde seorsim affertur, nisi selectis in locis, in quibus samar. codices dissentiunt, impressumque textum deserit. Nonnullas etiam lectiones suppedito ineditae versionis arabico-samaritanae codicis Barberini, nonnullas eruditionis gratia rutilianae, seu rutilianis typis Romae a Tukio copto episcopo vulgatae. Arabicis versionibus, ubi favet, persicam subjicio Jacobi Tawosi in commemorato cpol. Pentateucho et anglicanis Polyglottis excusam, quae etsi recentior sit, ex hebraeo tamen fonte est concinnata; nec ubi a suo fonte seu a Lxx interpretibus discedit, atque ulli variae lectioni patrocinatur, copticam negligo.

§. XXX

Novi foederis, patrum, rabbinorum testimonia.

Novi foederis testimonia, ubi variam lectionem confirmant, maximi facienda sunt. Perspicuum enim est, inquit Hieronymus, illa magis vera esse exemplaria quae cum novi Testamenti auctoritate concordant. Saepe observat Hieronymus ubi LXX ab hebraeo textu dissentiunt, apostolos uti, non LXX, sed hebraeo, atque hunc illis praeferre. Nota tamen scriptores novi Testamenti non semper litteram sectari, eorumque testimonia videri alicubi seriori aetate ad graecam versionem accommodata. Patribus sua stat in re critica auctoritas, quum de hebraei textus lectione testantur suorum temporum, non ex versione aliqua, sed ex textu ipso vel ex Origenis Hexaplis petita, sua origenianis hexaplaribus notis graecisque scholiastis, sua vetustissimis judaeorum scriptoribus, qui textus litteram sectantur ejusque verba integra referunt, non contracta. Dolendum enim est priscos synagogae doctores littera deserta rimandis allegoriis totos dedisse se, quas ut elicerent, vocales ac consonas litteras mutabant pro lubitu, addebant, detrahebant, dictiones substituebant ejusdem soni, vocabula in duo dividebant. Allegoricae autem istae expositiones quod magis adhuc dolendum est, allegoricas lectiones in codices invexerunt, et amanuenses nonnulli vel inconsulto, vel ex ignorantia Talmudis auctoritate freti, illas pro veris sacri textus verbis ac lectionibus descripserunt. Ex hoc fonte lectiones nonnullae quae modo auctoritate plurium codicum confirmantur, videntur manasse. Recentiorum etiam rabbinorum testimoniis utor aliquando, quum sacrum textum interpretantes aliter eum producunt, et codicem prae oculis habuisse videntur certe ita legentem. Quod tum eruitur, quum varia lectio mss. codicum ceterorumque fontium praesidio fulcitur. Secus infirmissima est et nulla auctoritas, et vel lapsum auctorem, vel ejus verba interpolata dicenda sunt. Kimchius, cujus tanta est apud judaeos in sacra critica auctoritas, ut aliquando ex eo uno de sacrarum lectionum veritate judicent, gravissime memoria lapsus est in suo libro Radicum in multis afferendis textibus, qui cum non reperiantur in hodierno textu, iis usi sunt Marinus, Capellanus, Kennicottus, ut illius integritatem everterent, non animadvertentes versus illos non qui-

dem conceptis verbis, paullo tamen aliter in eo reperiri, et quidem sine ullo codicum dissensu, ut Kimchium in iis producendis lapsum fuisse dubitandum non sit (1).

§. XXXI

Loca parallela, contextus analogia.

Loca parallela eruendae veritati tum potissimum inserviunt, quum de gravi et essentiali discrepantia est sermo. Quum vero agitur de diverso elocutionis modo diversisque verbis, quae in eundem sensum collimant, exigua vel nulla est horum locorum auctoritas, quia sacri scriptores eadem diversis saepe verbis scripserunt. Immo vero parallela loca frequentissime amanuensibus vetustisque interpretibus errandi caussam dederunt, ac propterea in quamplurimis lectionibus, non emendationum, sed potius mendorum fontes sunt habenda. Atque haec locorum confusio ex parallelismo orta jam pridem a judaeorum criticis animadversa est, qui saepe in mss. codicibus eam designant marg. nota חלוף, remque hanc luculentius pertractavit scriba cod. mei 196, qui fusissimum elenchum sistit per singulos libros digestum locorum affinium, quae solent ab amanuensibus confundi et permutari. Plura nos parallela loca indicamus; reliqua critici ex concordantiis supplere poterunt. Analogiam contextus vel syntaxis, ubi favet, notamus. Suum enim in dijudicanda variae lectionis veritate usum habet, ac quidem tantum apud multos criticos, ut ex ea una definiant. Sed hi non animadvertunt anomala saepe auctores ipsos sacros scripsisse, sacrique textus verba, orationem, stylum, ordinem aliaque ejusmodi cujusvis scriptoris aetati, conditioni, genio, doctrinae fuisse consentanea, ut nihil sit absonum magis, quam a sacris autographis anomalias, repetitiones, inversiones auferre, et emendare, eaque accommodare grammaticorum praeceptis serius inventis. Igitur anomaliis scatent sacri libri, quae in analogas lectiones crebro ab amanuensibus inconsiderate mutantur. Anomalis namque analoga substitui facillimum est, analogis anomala difficillimum; unde saniores critici ano-

(1) Extant autem hi versus etiam in textu Neapol. editionis an. 1490 Kimchiani libri, ut falsum sit, quod asserit Capellanus in *Mari rabb. infido* p. 308, Samuelem ejus editorem ausum non fuisse illos de medio tollere, sed ad calcem libri rejecisse, falsum quod subdit Flavignius apud eundem Capellanum illos versus in hac sola editione comparuisse. Nam praeter edit. 1490 eos in textu legunt editio altera Neapol. 1491, CPolitana 1513, et antiqua primaria hujus libri litteris quadratis sine anno et loco.

malas lectiones, obscuras, difficiles analogis, planis, facilioribus praeferunt. Aliter sentiendum de analogia ac veritate historiae, quae maximum in dignoscenda lectionis veritate pondus habet, anteponique a criticis et solet, et debet.

§. XXXII

Sacror. criticorum conjecturae et judicia.

Ex analogia ortae scribarum conjecturae a judaeis dictae סבירין *sevirin*, quae ad mss. codicum oras notantur, suisque locis a nobis exhibentur. Hae fiebant, quum codicum aberat auctoritas, ex simplici analogia syntaxis, quae sic postulabat, unde scribae conjiciebant verbum unum pro alio stare, numerum sing. pro plurali, mascul. genus pro foeminino, aliaque id genus, quin auderent textum emendare, conjectamque lectionem in eum recipere, quamquam amanuensium oscitantia inscitiaque saepe deinceps acciderit, ut ea cum textuali confusa sit et e margine ad textum ipsum translata. Vetustis hisce judaicorum criticorum conjecturis nonnullas addimus interdum recentiorum christianorum, historice eas referentes, non probantes, atque utrasque afferimus, non solas, ut ab auctoribus prodibant, sed cum codicum auctoritate conjunctas, ut quod olim sine auctoritate codicum, vel ea saltem dubia conjiciebatur, nunc in mss. codicibus auctoritatem constet habere. Ceterum solae conjecturae auctoritate destitutae nullum hic locum habent, quamquam suum usum eae habere possint, et habeant aliquando in re critica in lectionibus aperte mendosis. Caute tamen et nonnisi extrema et evidenti necessitate criticis conjecturis indulgendum est, damnamusque tot criticorum temeritatem, qui liberrime quae sibi videntur, corrigunt et emendant, unum ingenium suum secuti. » Si » ratio vel proprium judicium » dominatur, apposite R. Jehu» da levita in Cosri, mutabit » illa libros totos, primo in lit» teris, postea in vocibus, ex» inde in sententiis, tum in pun» ctis et accentibus, et muta» buntur sensus ». Hancque licentiam in liberiore quodam critico suae aetatis, quem non nominat, sed sapientem magnum appellat ejusque opus insigne, acriter damnat et fuse confutat Aben Esra. » Si licitum, in» quit is, hoc non est in ver» bis auctoris prophani, quan» to minus in verbis Dei viven-

" tis " (1). A conjecturis distinguenda sunt sacrorum criticorum judicia, quae fontium auctoritati innituntur. Ea non negligimus, sed in iis afferendis parci sumus, ne longius protrahatur opus, variarumque lectionum delectui locum eripiamus; nec operis vel instituti ratio fert, ut in tanto criticorum dissensu, tamque multiplici ac diversa via definiendae veritatis in singulis opinionibus examinandis, refutandis, approbandis vacemus. Absit ergo ut quae Morini, Houbigantii, Kennicotti aliorumque delibamus judicia, nimis aliquando liberiora, probemus, aut quae alicubi nostra interponimus, postulemus ab aliis probari.

§. XXXIII

Var. lectionum auctoritas ac criticum de iis ferendum judicium.

In tanto, inquam, sacrorum criticorum dissensu. Alii enim aliter sentiunt, diversaque prorsus via in statuendo sacrarum lectionum pretio, et auctoritate incedunt. Nonnulli versiones, alii masoram, samaritanum alii textum, hebraeum plerique sequuntur. Hi ex uno, illi ex altero, alii ex plerisque fontibus sententiam ferunt. Moderatus criticus sit a partium studio remotus, nec magis in unam partem juret, quam in alteram. Solis versionibus non fidat, nec fidat soli masorae. Utrumque fontem conjungat, et " varietatem lectionis in mss. magno numero reperiendam ex " consensu cum antiquis versionibus dijudicet " verba sunt non liberioris critici christiani, sed docti ac masorae studiosissimi judaei (2). Variam lectionem receptae non praeferat, nisi primum mature singulos fontes expenderit, nec ex analogia vel conjectura, nisi evidens mendum et urgens cogat necessitas, id faciat, sed ex auctoritate. Auctoritas sit maxima ac gravissima, non ex uno vel altero eoque infirmo fonte, sed ex gravioribus, et ex eorum, si fieri potest, consensione deducta. Consideret non modo qui codices aut fontes variae lectioni faveant, sed et qui contra eam faciant, receptamque lectionem confirment. Non urgeat lectionem antiquissimorum codicum, nisi certo de ea constet, nec magis quam par sit, vetustis interpretibus aut paralle-

(1) Sub fin. libri *Tzachut*. Parum abest quin conjiciam criticum illum esse R. Parchon auctorem *Mechabberoth* sive inediti insignissimi lexici hebraeo-biblici, quod penes me extat. Congruunt enim conjecturae et exempla, saltem praecipua, et in gram. opusculo, quod lexicon claudit, reapse opinatur hic auctor Jerem. XXXIII 26 *Jacob* poni pro *Aaron*, 1 Reg II 28 *Absalom* pro *Salomone*, Jud. XIV 15 *die septima* pro *die quarta*. V. Hotting. *Thes. philol.* pag. 208 seq.

(2) Jacobi Saraval primarii mantuanae synagogae rabbini *ep. ad Kenn.* V. ej. *Diss. gen. ad cod.* 562.

lis locis tribuat. Ego generales canones infra exhibeo, in quibus quid in hac re statuam, aut quam viam tenendam opiner, breviter pro re et opportunitate aperio. Eos legat criticus expendatque, antequam judicet, teneantque locum sententiae meae, quam in collatione cohibeo, ubi praecise et historice res agitur, doctorumque judiciis relinquitur dirimenda. Caute vero praeponderata varia lectione prudenterque examinata, si gravissima pro ea militet auctoritas ac verior jure videatur, nihil obstat quominus in textum recipiat. Quare enim christiano critico non liceat quod licet judaeo superstitioso? Hoc antiqui editores Chaiimus, Lonzanus, hoc Norzius ac mantuanorum Bibliorum correctores fecerunt, qui tantum abest, ut contribulibus suis etsi masorethici textus quoad minimum apicem tenacissimis displicuerint, ut contra Biblia illa in summo apud judaeos pretio habeantur, et recentissimi editores Bibliorum liburnensium norzianas lectiones in ea receperint.

§. XXXIV

Criticae leges a judaeis servatae.

Habes igitur modum, quem in aestimanda fontium et variarum lectionum auctoritate teneas; habeto nunc paucis quem generatim tenent judaei. Plenas ac deficientes litteras, majusculas, minusculas, inversas aliaque id genus minima quae nos negligimus, ii tanti faciunt, ut fere circa eas solas versetur sacra eorum critica, et alteram pro altera ponere maximum errorem ducant perversaque verba Dei viventis. Mss. codices consulunt, ex quibus antiquiores recentioribus anteponunt, plures paucioribus, correctos mendosis, masorethicos amasorethicis, publicos ac sacros privatis ac communibus, celebriores obscurioribus. Ad hispanos praesertim codices ut ceteris omnibus accuratiores saepe appellant, ac praeferunt germanicis et italicis. Non ita tamen constanter ut aliquando desertis hispanis germanicos aliosque non sectentur. In antiqua et maxima exemplarium dissensione et auctoritate nolunt ea corrigi. Unusquisque sui codicis lectionem sequatur, expectetque Eliam vel Messiam, qui rem dirimat. Hinc unaquaeque synagoga ac provincia suos codices ac peculiares eorum lectiones sequitur. Variam lectionem quam olim amanuenses notabant ad marginem, in textum recipere editumque textum emendare ex mss. codicibus non dubitant. Omnia definiunt

ex sola fere auctoritate masorae, tantaque haec est, ut ad masoram mss. codices corrigant ac describant. Eam Talmudis et interpretum auctoritati praeponunt, cui in plenis ac deficientibus non innituntur. Hoc tamen non impedit, quominus interdum contra auctoritatem masorae mss. codices accuratiores sequantur. Ubi masora discors est, mendosa, interpolata, mss. ejus codices conferunt, ex quibus, et ubi opus est, etiam ex critica conjectura editum masorae textum emendant. Sed potissimum confugiunt ad doctiores criticos eorumque judicia, ex antiquis ad Meiri, ad Kimchium, ad Todrosium, ex recentioribus ad Lonzanum ac Norzium, qui tamen et ipsi in nonnullis lectionibus dubii haerent. Si incertos eos faciant auctorum dissidia, fontes ipsos qui pro utraque lectione militant, expendunt, ac pro majori eorum vi et auctoritate judicant. Ketì seu lectionem marginis textuali in genere anteponunt. Ad antiquas editiones provocant, inter quas ut reliquis omnibus accuratiorem maximi faciunt ulyssiponensem Pentat. anni 1491 ceterosque sacri textus libros in Lusitania editos, ex recentioribus amstelodamenses, lombrosanam, norzianam. Auctoritatem codicum saepe ratione et analogia confirmant, sed sam. textum ac versiones rejiciunt, illius discrepantias repetentes ex samaritarum audacia, harum ex interpretum arbitrio, ex litterarum confusione, ex punctorum defectu. Exiguum vel nullum est pondus graecae versionis LXX, quam interpolatam habent, maximum chaldaicarum paraphrasium, quas saepe ad textus explanationem assumunt, sed saepe etiam ad masorethicum textum castigant.

§. XXXV

Variae lectiones judaeorum orientalium et occidentalium, ben Ascer, ben Naphtali.

Quod vero unaquaeque provincia in exemplarium discrepantia suos codices sequatur, easque lectiones, quas illius provinciae rabbini, synagogae, academiae acceptant, constat ex pervulgatissimis dissidiis judaeorum orientalium et occidentalium, item ben Ascer, et ben Naphtali in legendo sacro textu. Per orientales intellige babylonios, per occidentales palaestinos. Variae inter utrosque lectiones sunt ducentae et amplius; versantur circa solas litteras, earumque nulla in Pentateucho occurrit. Contra quae inter ben Ascer, et

ben Naphtali, criticos XI seculi, intercedunt, sola puncta et accentus respiciunt, suntque 864. Utrarumque lectionum indicem habes in Bibliis rabbinicis, pleniorem in Polyglottis londinensibus; sed eae sensum non afficiunt, suntque momenti adeo exigui, ut paucissimae locum in nostra hac collatione habere queant. Judaei europaei sequuntur lectiones occidentalium et ben Ascer, hocque idem teste Maimonide faciunt aegyptii, ad quos e Hierosolymis ascerianum exemplar pertransiit, quin tamen alteram lectionem rejiciant, aut damnent eos qui illam sectantur. Quamobrem non modo in Bibliis saepe utramque adnotant, ut alterutra deligatur, sed et in textu ipso impresso tum antiquarum, tum recentiorum editionum, adhaerent interdum lectioni orientali et ben Naphtali. Porro judaei ipsi occidentales et europaei dissentiunt adhuc inter se, et hispani unam, germani, itali, galli aliam lectionem tuentur, ut ex eorum codicibus liquet. Quod spectat autem ad orientales, seu babylonios, soriani ac nehardaei magnopere olim inter se discrepabant, eorumque dissensionis vestigia servat nota masorethica Bibliorum rabbin. ad Deut. XXXII 6, nonnulla Todrosius, plura codex meus 274 in sectionibus apertis ac clausis, quarum aliquae tanta hinc inde auctoritate et usu confirmabantur, ut binae illae celebres et antiquissimae academiae incertae plane essent, quas sequerentur, expectarentque super hac re Messiae adventum ac judicium. Conferantur annotata ad hunc codicem.

§. XXXVI

Illustriores judaeorum critici. Todrosius.

Merito norziani Commentarii editor Todrosium, Lonzanum, Norzium ut illustriores ac doctiores suae gentis criticos commendat, meritoque ad eos in dirimendis plenis ac deficientibus aliisque sacrae criticae quaestionibus fidenter confugiunt judaei. Quum enim consuluerint plures antiquos et correctissimos mss. codices, eorum judicium saepe tutius et accuratius est, quam judicium masoretharum. Quum eos saepe in nostra hac collatione producamus, operae pretium ducimus nonnulla dicere de iis ac criticis eorum lucubrationibus a nobis subintellectis. Todrosius, plene R. Meir levita filius Todros patria burgensis, incolatu toletanus, litterarum compendio dictus הרמה *Haramà*, floruit sub in. sec. XIII, et juxta Scalsceleth et Juchasin obiit an. 1244. In-

signe sacrae criticae opus in Pentateuchum chaldaice edidit, inscriptum ס' מסורת סיג לתורה *Liber masorae sepis legis*, quod maximam apud judaeos auctoritatem et celebritatem nactum est. Ad illud frequenter appellat Lonzanus, qui ms. habebat, sed mutilum, ut ipse innuit fol. 8 ad Gen. XLVII; Norzius vero testatur in ms. sui operis praefatione se mare transfretasse ut librum hunc famigeratissimum, sed rarissimum reperiret, celebratque ut divinae clementiae beneficium, quod ei tandem illum videre contigerit: ועברתי ארחות ימים למצוא ס' הרמ"ה ז"ל ויזכני ה' לראות. Sed tantum opus diu ineditum delituit, donec polonus judaeus Jacobus levita, ms. consecutus quod possidebat doctus regiensis rabbinus, adhuc in vivis, Israel Biniamin Bassani, illud Florentiae edidit in fol. min. anno 1750. Ms. ex quo editum est, descriptum erat in Castro Forojulii, quod dicitur Portus romatinus, a Menachem Moscato an. 1585 ex exemplari, quod scriptum fuerat Hierosolymis a Mose fil. Jacob an. 1388, ut diserte legitur ad calcem (1). Recusum deinde est Berolini, sed mendose, an. 1761. Nam merum berolin. editionis mendum est, quod legitur Exod. XVII 4 ולמסוראי *masoris*. Florentina legit ולסוראי *sorianis*, idemque sed cum ב norzianum exemplar. Sorianorum autem judaeorum, ac codicum dissidia supra memoravimus. Ex quibus mss. Todrosius opus suum concinnaverit, non indicat. Illud unum constat ex praefatione eum usum fuisse mss. codicibus accuratis et antiquis, desertis recentioribus vetustos et genuinos secutum, et in iis sequendis, ubi discrepabant, se in majorem eorum numerum juxta praeceptum Exodi XXIII 2 inclinasse. Celebris hujus critici ms. ego habeo commentarium in Psal. XIX ineditum ac bibliographis omnibus ignotum.

§. XXXVII

Lonzanus ac Norzius.

Todrosium excipit R. Menachem Lonzanus, cujus Or torà seu lumen legis, jam a duobus seculis judaeorum ac christianorum criticorum manibus teritur.

---

(1) In Brunsio qui de hoc libro agit in not. ad *Diss. gen. Kenn.* p. 113, multa emendanda, 1. quod annum postremi codicis priori, seu forojuliensi attribuat, 2. quod priora praef. verba transferens, וחמורים *et gravia* vertat *et desiderabilia*, 3. quod putidum mendum Berolin. editionis probet, et verae Norziani exemplaris anteponat, 4. quod opus a Bartoloccio *Bibl. rabbin.* T. IV p. 20, a le Longio *Bibl. S.* p. 461, 463, a Wolfio T. I p. 746, et II p. 536, a Fabricy *Titres prim.* T. II p. 354, aliisque laudatum secure adfirmet laudatum a nullo christianorum ante Kennicottum, quod repetit in *Annal. helmst.* 1783 p. 218. Conf. *De typ. heb. ferr.* p. 53.

Collationem et correctionem instituit auctor super Bibliis bombergianis in 4. an. 1544, ut ipse monet in praefatione, ubi asserit inter cetera critica subsidia adhibuisse se decem mss. codices, plerosque hispanicos, ex quibus erant qui habebant annos 500, vel 600. Omnium antiquiores videntur fuisse bini hierosolymitani, alter annorum 540, alter sine anno antiquior, qui proinde erant xI seculi. Lonzani critica, quae solum et ipsa Pentateuchum respicit, prodiit primum in libro Scetè jadoth 4. Venetiis 1618, de cujus raritate et laudibus multa Simonius in Bibliotheca critica et Epistolis selectis; seorsim vero, sed minus accurate, recusa est Amstelodami an. 1659. Praeter primariam editionem est etiam ad manus ms. exemplar, in nonnullis locis abbreviatum, in aliis plenius. Sed duos praecedentes criticos longe superavit R. Salomon Norzi, qui criticum commentarium in omnes V. T. libros accuratissimum composuit, una cum sacro textu editum Mantuae an. 1742 typis et impensis medici Raphaelis Chaiim de Italia, non apud italos medici, ut vertit Kennicottus. Editores titulum illi praefixerunt מנחת שי *Minchad scai*. Verus tamen titulus libri est גודר פרץ *Godér peretz*, reparator ruinae ex Isaiae LVIII 12, ut patet ex ms. auctoris praefatione, quam editores non viderant nec noverant (1). Quum praefatio haec inedita sit christianisque criticis ignota, et norziani operis historiam illustret, haud ingratam rem facturum me arbitror lectori, si illius contenta summatim exponam.

§. XXXVIII

Inedita Norzii praefatio.

Haec ergo sunt norzianae praefationis capita praecipua. 1° breviorem masorae historiam contexit, ejusque utilitatem ac studium, primosque patres, et illustriores grammaticos qui Kimchios praecesserunt, commendat. 2° de summa sacrorum codicum et masorae indiligentia et mendis vehementer conqueritur, eisque mederi suscepto opere intendit et conatur. 3° nullis se laboribus ac curis pepercisse testatur, ut opus absolutissimum redderet, et emendatiores codices ac masoras, sacraque celebriorum scribarum volumina obtineret et consuleret, praesertim vero ut celeberrimum ac perrarum

(1) Extat Mantuae in Biblioth. Coen ejusque excerpta humanitati debeo eruditi Abrahami Cologna.

Todrosii opus conferret. 4° innuens Todrosii criticam in solis Pentateuchi libris occupari, fatetur et ipse ingenue in iis solis quoad plena ac defectiva diligentiorem operam posuisse (1), in quibus idcirco tutissimam lectionis normam suppeditat. 5° se in codicum discrepantia antiquiores ac plures semper secutum adfirmat, in Pentateucho vero sententiam et auctoritatem Todrosii. 6° gloriatur se excepisse domi ac consuluisse venerandum senem ac sapientem Menachem de Lonzano, multaque utiliter didicisse ab eo, maxime quoad nonnullos codices, quos ille Hierosolymis contulerat. 7° tum ex critica conjectura, tum ex mss. auctoritate multas masorethicas observationes se emendare asserit, nec objurgatione, sed laude dignum esse qui lectiones corrigit aperte mendosas. 8° redarguens iterum codicum ac publicorum scribarum incuriam, sperat se malum hoc suo opere ejusque usu reparaturum, cui propterea titulum dat Goder peretz, seu reparatoris ruinae. 9° pleraque se judicio submisisse subdit docti praeceptoris sui R. Mosis Franchitae Harrarì, collectisque gravissimis sexaginta et amplius fontibus et auctoribus adhaesisse, quorum indicem promittit, sed vix tribus operibus, Talmude babylonico, hierosolymitano, et Medras rabboth inchoat. Tandem persolutis Deo gratiarum actionibus, eum rogat ut errata sibi condonet ac benigne acceptet substantiarum sacrificium, corporis incommoda, ac vitae ipsius periculum, cui ob gloriam divinae legis subjecit se pertransiens semitas marium, ut Haramae opus reperiret. Titulus operis, quem praefatio exhibet, et annus jam designatus שנת וברית שלומי *et foedus pacis meae*, seu 386, Ch. 1626, ostendunt auctoris mentem opus hoc edendi, nisi casu aliquo fuisset praepeditus. Hoc autem centum et sexdecim post annos praestitit Raphael Basila, qui criticas notas partim commentario ipsi inseruit, partim sub fin. voluminum addidit, quibus de variis lectionibus ex diversis Bibliis ab Hoogtio collectis judicium suum interponit, quamque veriorem putat, indigitat. Norzianae tamen emendationes ac singulares lectiones in Prov. ac Jobum jam ab an. 1725 ad marg. mantuanae horum librorum editionis notatae fuerant, quae dicitur in fronte fa-

(1) והנני מודה על האמת שגם אנכי לא דקדקתי היטב בחסרות ויתרו׳ כי אם בה׳ חומשי תורה.

cta *secundum correctiones, quas fecit in integra Biblia aquila* (הנ״שר innuit Norzii nomen) *magna R. Salomon de Norzi*, lectorem monens ad calcem, *ut omnia fuse in Commentario ipso inspiciat, quem faciat Deus ut totum impressum una cum innovationibus suis respublica videat!*

§. XXXIX

Variarum lectionum delectus.

Quandoquidem autem selectam ego exhibere collationem aggredior, ex discrepantibus lectionibus eas tantum congero, quae gravioris aut ullius saltem momenti mihi visae sunt, quae sensum vel mutant, vel afficiunt, et praesidium aliquod habent non modo in mss. codicibus, sed etiam in samar. textu et in versionibus antiquis. Quamobrem non solum manifesta amanuensium menda criticis curis indigna, sed et quamplurimas alias diversas lectiones praetermitto, quae vel auctoritate destituuntur, vel sunt minimi ponderis. Ad posteriorum classem referendae praesertim plenae ac deficientes, natae ex defectu vel redundantia matrum lectionis vav et jod, quae puram saepe verborum ortographiam respiciunt. Has neglexerunt auctores ipsi sacrorum librorum verba vel versus repetentes, sacrique critici antiquissimorum temporum. In tota enim scriptura nullum extat de iis kerì et chediv, seu nulla antiqua textus emendatio, nullum notatum codicum dissidium, cujus rei ea una *ratio est*, inquit Elias levita, *quod nunquam mutatur sensus dictionis per plenum ac defectivum* (1). Tantaque est in illis confusio codicum, tanta hinc inde eorum auctoritas, ut doctiores judaeorum saepe ignorantiam suam testentur, et ad Eliae vel Messiae tempora earum solutionem amandent. Haud paucas tamen plenas ac defectivas produco, quae insigniores sunt, verbaque et numeros immutant. Referendae praeterea quae diversam propriorum nominum ortographiam, litteras majusculas, minusculas, inversas, suspensas, puncta, accentus, spatia respiciunt, synonima vocabula, praepositiones affines, articulum demonstrativum, notam accusativi casus, plerasque denique conjunctiones, ex quibus eas potissimum in Pentateucho deligo quae sam. textus fulciuntur praesidio. Singula haec aliaque id

(1) Praef. III ad lib. *Masoreth* והטעם לפי שלא תשתנה הוראת המלה בעבור חסר ומלא לעולם.

genus levissima in litteris, punctis, accentibus persequi res esset multorum voluminum, annorum, hominum, et si plane non inutilis, exiguae saltem utilitatis et usus. Puncta autem et accentus, quae serius invecta in sacrum textum creduntur, non eandem curam ac studium criticum merentur. Attamen nonnullas etiam punctorum vocalium variationes adnoto, nonnullasque contra institutum in litteris minimi momenti, quae vel erant in kennicottianis Bibliis intactae, vel editionum auctoritate firmatae, praesertim in Pentateuchi libris majori religione a judaeis servatis, ac minores discrepantias suppeditantibus. *Kerì*, seu lectionem marginis, quae apertam prodit *τοῦ chediv*, seu textualis emendationem, negligo. Sed ubi utraque lectio sacro contextui analoga est, suamque habet hinc inde auctoritatem, marginalem lectionem tamquam variantem illustro, exhibens fontes ac codices, in quibus in textum recepta conspicitur.

§. XL

Variarum lectionum praestantia.

Si quis autem adhuc post institutum delectum quas sisto varias lectiones, exigui plane momenti reperit, aut ad vulgati textus emendationem parum idoneas, is animadvertat, 1° ei dolendum non esse, sed potius gratulandum, quod in gravioribus rebus superstites revelationis codices non discrepent, aut gravius discrepare non permiserit revelantis providentia, cujus nutu omnia reguntur, 2° mihi hoc non esse exprobrandum, qui quas mss. codices suppeditant, et in iis reperio, variationes exhibeo, 3° quod variationes quaelibet alicujus momenti in sacrosancto revelationis fonte graviores haberi debent, 4° attentione autem digniores, quas non modo mss. codicum, sed et samar. textus, atque antiquarum versionum confirmat auctoritas, quales sunt quae hic comprehenduntur, 5° quod non ex primis Pentateuchi libris majori tenacitate asservatis, minusque variantibus judicandum est, sed ex integra collatione, et ex sequentibus potissimum libris prophetarum et agiographorum, in quibus graviores et insigniores discrepantiae occurrunt, 6° quod alii viri inducti, integra vel redundantia, vel deficientia verba, membra, periodi, mutata verba, conjugationes, numeri, genera, casus, personae, adverbia, praepositiones, mutatus verborum sensus, levia haec ac negligenda dici nequeunt, 7° quod sunt et-

iam variationes, quae integros versus eorumque integritatem respiciunt, quales sunt bini Josue xxI 36, 37, 8° quod graviores varias lectiones non suppeditant Millii ac Westhenii novi Testamenti, vel prophanorum auctorum collationes hucusque institutae, 9° quod in tanto variantium numero qui ad plura millia assurgit, plurimae non modo optimae, sed et melioris notae, quam editae iisque praeferendae producuntur, plurimae manifestae editi textus emendationes, 10 quod si vel in uno loco hodiernus textus ex collatione emendetur, suaeque integritati restituatur, utiliter susceptus est labor institutaque mss. collatio, 11° tandem quod si nec unius loci emendationem suppeditet, haec ipsa vulgati textus confirmatio, haec ejus integritatis divinaeque de eo providentiae demonstratio, hoc, quod ex tot codicum ac generali fere collatione redundat, pietatis fideique nostrae solatium maximi semper a christiano est habendum.

§. XLI

Operis ratio et oeconomia.

Opus hoc quod IV constat voluminibus intra quadriennium edendis, sistit collationem librorum V. T. qui hebraeorum canone continentur. Primo hoc volumine exhibentur Prolegomena, Clavis mss. editorumque codicum, Genesis, Exodus, Leviticus, II Numeri, Deuteronomium, prophetae priores, seu Josue, Judices, libri Samuelis et Regum, III prophetae posteriores, seu Isaias, Jeremias, Ezechiel, XII minores, et ex agiographis, V volumina, idest Canticum, Ruth, Threni, Ecclesiastes, Esther, IV reliqua agiographa, seu Psalmi, Proverbia, Job, Daniel, Esdras, Nehemias, Chronica vel Paralipomena. Singuli ordine libri ac capita percurruntur, selectaeque ac graviores afferuntur variae lectiones ex mss. editisque codicibus mille quadringentis septuaginta quinque aliisque adhuc deinceps superaddendis decerptae. Primum ex Bibliis Hoogtii 1705, quae omnium accuratissima habentur, ac merito in collationum typum a Kennicotto aliisque criticis assumpta sunt, communis sacri textus lectio producitur, deinde lineola interposita varians, cui immediate fontes, ex quibus est hausta, subjiciuntur, eo quidem ordine, ut primo veniant mss. codices kennicottiani, postea mei, exteri meae collationis, editi, samar. textus, antiquae versiones etc. succedant. Ut pervium cuique opus ejusque usus reddatur,

latina cuilibet lectioni ac textui sive hebraeo, sive ex aliis linguis Orientis, additur interpretatio, nullique obeli, nulla ad illam indigitandam diacritica signa adhibentur. Fontes omnes sacrae criticae, ut uno intuitu constet lectori qui mss. codices, quae versiones variae lectioni faveant, perpetuo distinguuntur, solis mss. codicibus totidem numeris expressis, qui praecise et paucis diuturnae ac laboriosissimae sacrorum codicum meditationis fructum exhibent. Ex mss. codicibus numerantur primo qui aperte, et sine correctione variam lectionem tuentur, deinde qui prima manu, tertio qui secunda, postremo qui dubiam illam habent. Primam codicis lectionem vocabulo *primo* indicamus, secundam *nunc*. Qui ergo codices praefixum prius vocabulum habent, ita olim legisse intelliguntur, sed nunc emendati et ad masoram reformati, contra qui posterius, antea hodiernam lectionem habuisse a posteriori manu in variantem mutatam. Omnia autem praestamus ea fide ac diligentia quae verum historicum decet, qualem nos gerere profitemur, varias lectiones earumque testes producentes, ut criticus doctus ac moderatus judicis personam sustineat, testes ipsos examinet, et de lectionis veritate et congruentia judicet, audita ut par est, altera parte, habitaque ratione testium et codicum, qui silent et pro vulgata lectione stant. Quotquot enim silent sive ex meis, sive ex kennic. in integrum collatis, sive ex editis in genere, ii cum hoogtiano textu plerumque legere censendi sunt. Quod idem dicendum est de versionibus antiquis ex hebraeo derivatis et in anglicanis Polyglottis cum eo connexis, videlicet de LXX, vulgato, syro, chaldaeo et arabe, qui conferuntur in singula loca. Dico plerumque et in genere. Nam codices aliquando neutram lectionem sequuntur, aliquando mutili sunt, recentiores vero et masorethici ex sua natura raro dissentientes in iis tantum locis examinantur, in quibus discrepare praesumuntur, non in rarioribus lectionibus ac magis singularibus, quas perpauci antiquiores et amasorethici codices servant.

§. XLII

Hujus collationis emolumenta.

Haec autem sunt hujus meae qualiscumque collationis, si cum kennicottiana comparas, emolumenta. Datur hic nova collatio quingentorum nonaginta circiter mss. sacri textus codicum, qui

perpaucis exceptis in kennicottiana non comparent. Ex kenn. codicibus praeter illos qui in meam potestatem devenerunt, alii octoginta octo supplentur. Distinctio variarum lectionum, quae sunt ex prima vel secunda manu, in kennic. Bibliis saepe neglecta, accuratior producitur. Ducentae triginta et amplius editiones illic intactae conferuntur, inter quas centum viginti quinque sec. xv et xvI. Conferuntur plenius quae illic sive in integrum, sive in selectis locis fuerant examinatae. Antiquae versiones, quae inter praecipuos sacrae criticae fontes sunt collocandae, in oxoniensi collatione praetermissae hic locum habent, editae cum mss. codicibus saepe comparantur, ineditae rarioris commatis eruuntur, tot putida codicum menda totque masorethicae ineptiae, quibus scatet anglica collectio, omittuntur, emendantur mendosae codicum collationes, accuratior suppeditatur eorumdem codicum descriptio, et quoad epigraphas, singularia, aliaque saepe suppletur, seorsim describuntur codices samaritani, distinguuntur fontes variarum lectionum sub iisdem numeris a Kennicotto confusi, obscura in iis indicandis signa devitantur, variae lectiones clarius ac plenius proponuntur, latina hebraicis vel orientalibus lectionibus ac textibus semper subjicitur interpretatio, loca parallela, analogia contextus, veterum testimonia, sacrorum sive judaicorum, sive christianorum judicia identidem exhibentur, quamplures denique variae lectiones gravioris momenti in kenn. Bibliis intactae et ignotae afferuntur, ex quibus in primis tribus Pentateuchi libris hoc volumine contentis ducentae sexaginta circiter occurrunt. Ad eas vero quae in illis Bibliis producuntur, adeo insignia accedunt additamenta, ut saepe plures ad var. lect. confirmationem ex superadditis meis codicibus afferantur, quam ex universa Europa Kennicottus ipse attulerit. Neque haec animadverto, ut kennicottiano operi, praestantissimo sane sacrisque studiis utillimo, aut ut doctissimo anglo quidpiam detraham, qui nomen suum tam operosa totque annorum studio elaborata variantium collectione immortalitati consecravit. Sua stat et auctori laus et operi dignitas, praestantia, usus, ac critici, quibus cordi est minutas quasque sacri textus discrepantias, ac plenas praesertim vel deficientes litteras nosse, oxoniensi collatione indigent. Ego auctiorem quidem

quoad fontes, ac perfectiorem, sed selectam graviorum var. lectionum syllogem suppedito, quam post tot insignia additamenta ac tot tantosque conatus usquequaque perfectam esse nec operis ipsius natura patitur, neque humana infirmitas. Itaque eam, quaecumque sit, sacri critici doctique lectores excipiant benigne, auctorisque studia, labores, sollertiam aequi bonique consulant. Illustribus autem ex omni coetu, religione, provincia viris, qui benevole operis hujus mei editionem datis in antecessum nominibus promovent et cohonestant, publice hic gratias refero habeoque quammaximas, eorumque nomina, ut grata mecum mente ea etiam recolat docta posteritas, sub finem voluminis exhibeo sub suis unaquaeque regionibus et urbibus digesta.



PROLEGOMENON
PARS II
DE AUCTORITATE FONTIUM VARIARUMQUE LECTIONUM CANONES CRITICI.

CANON I Hodiernis apographis sacri textus, quum ea nobis servarit publica auctoritas triplicis diversae ecclesiae ac nationis, judaicae, samaritanae, christianae, earumque fidem versiones antiquissimae fere bis mille annorum testentur, eadem habenda est fides quae autographis.

II Ex autographis enim ipsis et authenticis codicibus publica veluti manu, usu, auctoritate firmata profluxerunt, qua nulla firmior esse potest.

III Profluxerunt autem, etsi longo seculorum ordine per tot scribas diversarum nationum, religionum, aetatum descripta, in revelationis, ac rerum summa, et in historiae veritate optime inter se consentientia.

IV Nec quae in ea injuria temporum, amanuensium negligentia, criticorum audacia intrusa sunt menda ac variationes, ejusdem revelationis substantiam tangunt, aut labefactant ejus integritatem.

V Sacer ergo textus iis comprehensus integer est, divinus, authenticus, infallibilis auctoritatis ac fidei.

VI Legitimi mendorum sacri textus emendationis fontes sunt mss. codices, antiquae et optimae editiones, samaritanus textus, vetustissimae versiones, veterum testimonia, parallela loca, contextus analogia, masora, criticae conjecturae.

VII Quilibet tamen fons seorsim sumptus suas exceptiones patitur. Codex, editio, masora mendosa esse potest, versio, testimonium, conjectura libera, parallelismus vel analogia suspecta et erroris origo.

VIII Ut itaque certa fides emendationi fiat, fontes ipsi probentur, eaque non ex uno vel

altero, eoque infirmo, sed ex gravissimis, et ex eorum si fieri potest, consensu vel plerorumque auctoritate hauriatur.

IX Nec enim temere et sine gravi ratione et auctoritate deserenda est lectio communis, aut sine praevio serio examine de ea definiendum.

X Nec omnis lectio quae prima fronte mendosa, falsa, absurda, contradictoria videtur, pro tali habenda, nisi primo de mendo ac falsitate manifeste constet.

XI Ut aequum judicium fiat, non soli expendendi fontes qui pro varia lectione militant, sed et qui contra eam faciunt et in collatione silent.

XII Qui enim in collatione silent codices sive mei, sive Kennicottiani in integrum collati, ii receptam lectionem plerumque confirmant.

XIII Mss. codicum non attendenda copia, sed conditio, antiquitas, eorumque cum vetustissimis interpretum codicibus consensus.

XIV Vera lectio etiam in uno codice servari potest contra fidem reliquorum omnium.

XV Fieri etiam potest ut servetur in nullo, et ex critica conjectura et ex sacri contextus vel parallelorum locorum analogia sit eruenda.

XVI Quo magis codices cum priscis interpretum codicibus consonant, ac genuinas antiquorum exemplarium servant lectiones, eo praestantior est eorum conditio, gravior ac sanctior auctoritas.

XVII In investiganda autem veterum codicum lectione maximi ac praestantioris usus sunt codices qui textum suppeditant, qualis ante invectam hodiernam masoram legebatur, nec ejus emendationes sequuntur, dicti amasorethici.

XVIII Ejusmodi habendi codices qui chaldaicam paraphrasim alternis versibus conjunctam exhibent, ac generatim germanici et itali.

XIX Quicumque igitur sit codex, cujuscumque scribae, aetatis, characteris, conditionis, si servat veras lectiones codicum quos samar. textus et veteres interpretes repraesentant, maximi habendus est, censendusque vel reapse antiquus, vel ex antiquo descriptus.

XX Hinc recentioris codicis optima interdum est nota gravisque auctoritas, quia ex antiquo egregioque codice interdum haustus, quod ejus lectiones demonstrant.

XXI Ita inemendati codices optimas saepe servant lectiones. Varia lectio samar. textus, anti-

quarum versionum, praestantium et accuratorum codicum praesidio suffulta, vera descripti apographi lectio est, non oscitantis scribae depravatique exempli mendum.

XXII Nihil ergo ex scriptoris indiligentia ac prava codicis conditione detrahitur praestantiae et auctoritati variae lectionis, quae meliorum codicum ac fontium sacrae criticae suffragiis innititur.

XXIII Antiquiores tamen codices ceteris paribus recentioribus sunt praeferendi, emendati inemendatis, pauciores, sed diversi, pluribus sibi similibus.

XXIV Major namque est auctoritas lectionis quae a codicibus probatur diversi generis, aetatis, provinciae, nationis.

XXV Quum vero aeque boni sunt codices, aeque antiqui, recipienda lectio quae plurium auctoritati innititur graviusque habet praesidium in ceteris fontibus.

XXVI Codices sine punctis ad publica ac sacra synagogarum exemplaria describenda exarati eorumque typi, praeferendi communibus ad privatum usum privataque studia conscriptis.

XXVII Publica ipsa Pentateuchi volumina quae vere antiqua vel ex antiquis descripta esse liquet, privatis ejusdem aetatis libris debent anteponi.

XXVIII Contra quae fere infinita extant synagogarum volumina ad masorethica exempla descripta ac recentissimi aevi, infirmae fidei sunt, auctoritatis, et usus.

XXIX Hoc idem statuendum de immensa copia voluminum libri Estheris.

XXX Varia lectio quae ex hispano codice, masorethico, ad synagogae usum conscripto, accurato, a docto vel in gratiam docti exarato, ex celebri vel optimo codice hausto petitur, majoris ponderis habenda, eoque illustrius quod pro se habet, testimonium.

XXXI Prima codicis lectio quae cum aliis vel vetustissimis interpretum codicibus congruit, non oscitantis scribae est, sed descripti autographi, quae a secunda manu, judicantis ac deliberantis correctoris.

XXXII Utraque aestimanda, quum samar. textus vel antiquarum versionum fide fulcitur, ad easque tamquam ad lapidem lydium probanda.

XXXIII Varia lectio mss. codicum ac versionum consensione praemunita, vel quae summam in utrisque habet auctoritatem, pro vera ac genuina haberi debet.

XXXIV Ea, contra quam versiones omnes antiquae et samar. textus testantur, falsa existimari ac negligi.

XXXV Ex duabus lectionibus hinc inde mss. codicum et versionum auctoritate stipatis ea sequenda quae magis analoga est, auctoris stylo conformior, melioremque sensum gignit.

XXXVI Quae stylo scriptoris est contraria, minusque cum antecedentibus ac consequentibus cohaeret, vel incongruum sensum efficit, deserenda.

XXXVII At vero quum in sacrorum librorum recognitione nonnulla in iis variis temporibus sint addita et mutata, magna hic adhibenda est cautio, nec quaevis lectio quae primi scriptoris stylum, mentem, aetatem non sapiat, statim repudianda.

XXXVIII Quaelibet etiam lingua et aetas suas habet anomalias et enallages, nec omnes nec semper grammatice scripserunt sacri auctores. Unde non temere rejicienda lectio anomala.

XXXIX Immo anomala lectio plerumque verior. Facillimum namque est anomalis analoga a scribis substitui, analogis anomala difficillimum.

XL Quod tamen olim praestiterunt sacri critici ut interdum anomalis analoga, antiquatae et inusitatiori ortographiae usitatam substituerent, nihil vetat quominus in hodierno textu fiat, maxime si mss. codicum vel publica accedat auctoritas.

XLI Aliter statuendum de analogia vel consensione doctrinae et historiae. Haec semper sequenda, praeferendaque lectio quae cum ea magis cohaeret.

XLII Obscurior lectio verior et ipsa plerumque est, clarior glossema librarii ac critici. Prior ergo anteponenda.

XLIII Kerì, seu lectio marginalis quae manifesta est et justa textualis emendatio, praeferenda est et in textum recipienda.

XLIV Non solum enim censetur facta ex analogia et auctoritate codicum, sed et eam codices ipsi melioris et antiquioris notae plerumque servant in textu.

XLV Quum vero Kerì seu lectio marginis varia est mss. codicum lectio, de ea ex auctoritate fontium judicandum.

XLVI Mss. codicibus comparandae sunt antiquae editiones. Quum ex mss. haustae, et recentiorum typi sint, maximi in re critica sunt faciendae.

XLVII Maximi amasorethicae quae textum exhibent qualis ante masoretharum emendationes legebàtur.

XLVIII Ex antiquis editio-

nibus emendandae mendosae lectiones quas in recentiores omnes masorethica Chaiimi Biblia invexerunt.

XLIX Textus hebraeus et samaritanus tamquam duo diversa unius ejusdemque textus exemplaria consideranda sunt, alterum judaicum ab Esdra et judaeorum criticis sive antiquis, sive recentioribus emendatum, israeliticum alterum, antibabilonicum, inemendatum.

L Sua utrique auctoritas, praestantia, naevi, lectiones.

LI Samaritani sicut antiquas litteras religiose servarunt, ita et antiquum Mosis codicem, qui cum in rerum summa cum hebraeo consentiat, integer dicendus est, divinus, legitimus sacrarum emendationum fons.

LII Maximi etiam in dijudicanda vera lectione confirmandaque sacri textus integritate usus et auctoritatis.

LIII Est enim antiquior captivitate babylonica qua foedati sunt judaici codices, servatus ab ea natione quae nullum religionis commercium habuit cum judaeis, immo vero perpetuum dissidium.

LIV Sed anomaliarum emendationes, et glossae quae in samar. textu conspiciuntur, sapiunt samar. scribarum correctionem et ingenium, cauteque a veris variis lectionibus sunt distinguendae. In iis infirma samar. codicis auctoritas.

LV Antiquae versiones ex textu ipso immediate petitae, locum tenent antiquorum codicum, suum textum in genere repraesentant, idoneique sunt sacrae criticae fontes.

LVI Ubi dissentiunt superstites codices, quinam sequendi sint, versiones apprime definiunt.

LVII Quas interpretes antiquorum codicum sistunt lectiones, eo praestantiores habendae, quanto propius earum codices ad sacrorum autographorum tempora accedunt.

LVIII Non omnes tamen versionum discrepantiae pro variis lectionibus habendae. Multae sunt ex interpretibus ipsis, qui aliquando ingenio indulgent, addunt, detrahunt, mutant, errant.

LIX Quamobrem ex ceterorum fontium auctoritate lectiones versionum diligenter probandae.

LX Nec vulgatis anteponendae, nisi certo constet eas ex ipso textu, seu ex mss. ejus apographis haustas fuisse, iisque probatae fidei.

LXI Solus dissensus versionum mss. codicum sacri textus auctoritate destitutus ad lectio-

nis varietatem certo trahi nequit, dubiaque est lectio quae ex illo elicitur.

LXII Dissentiente textu et versionibus per se spectatis, ex patrum praescripto et ecclesiae usu generatim textus sequendus. Habet hic auctoritatem fontis, illae interpretum.

LXIII Nec nos versionibus utentes eas fonti praeferimus, aut fontem ex rivulis, sed codices ex codicibus, apographa ex aliis apographis quae versiones referunt et servant, emendamus.

LXIV Atque ut securius ad textus emendationem antiquae versiones deligantur, mss. earum codices antiquiores meliorisque notae, ubi opus est, in auxilium vocandi.

LXV Infirma enim fit versionum auctoritas, quum earum exemplaria dissentiunt, infirma si liberiores sint, ac litteram deserant, si consentientes non habeant ceteros interpretes, si interpretem mendoso codice usum esse constet.

LXVI Mendosi etiam interdum editi versionum textus, mendosae latinae earum interpretationes, ex quibus propterea de veris veterum interpretum lectionibus non est judicandum.

LXVII Ad distinguendas veras codicum, quibus interpretes utebantur, lectiones utilis in primis est sam. textus. Lectiones a sam. textu confirmatae lectiones codicum sunt, non interpretum.

LXVIII Varia lectio quae ex antiquarum versionum inter se diversarum consensione petitur, ea non ex interpretum judicio et arbitrio, sed ex archetypo codice dimanat. Nec enim interpres interpretem, sed textum ipsum descripsit ac vertit.

LXIX Ita ex mss. codicibus hausta ac vera varia lectio generatim censenda, quam superstites codices sacri textus confirmant, ea interpretis aut valde dubia, cujus nulla in mss. supersunt vestigia.

LXX Ex duabus vel pluribus dissentientibus versionibus ea anteponenda quae antiquior, purior, sacri textus ejusque litterae tenacior, quae ex praestantioribus apographis deprompta, quae gravius habet in melioris notae codicibus praesidium.

LXXI Versio graeca Lxx est omnium antiquior et illustrior, sed valde nunc interpolata.

LXXII In insignioribus ejus discrepantiis ab hebr. textu hic sequendus. Haec est patrum, haec ipsissima Christi, et apostolorum praxis, ut observat Hieronymus.

LXXIII Syrae versionis quae

et antiquissima est et purior, suique textus tenacior, potior habenda auctoritas.

LXXIV Quum dissident inter se chaldaicae paraphrases, quae antiquioribus mss. continentur, nec ad masorethicum textum sunt reformatae, ceteris praeferendae.

LXXV Arabs criticum usum et auctoritatem habet in iis libris, in quibus hebraeum textum sequitur, videlicet in libris Pentateuchi aliisque paucis.

LXXVI Nullam ad textus emendationem in iis, in quibus sequitur Lxx et syrum. Quod de versione qualibet ex hebraeo non derivata dicendum est, quae si aliquando affertur, non auctoritatis sed eruditionis gratia affertur.

LXXVII Dissentiente porro in Pentateucho arabico textu cpolitano ac parisiensi, ille ut verus Saadiae textus ex hebraicis codicibus haustus sec. VIII vel IX habendus est, hic interpolatus.

LXXVIII Quum masora qualis extat, mutila sit, interpolata, recentior, in levioribus rebus occupata, aliquando discors ac melioris notae mss. opposita, magnae auctoritatis esse nequit.

LXXIX Ubi tamen sibi ipsi constans est, et mss. codicum fidei innixa, sua stat masorae auctoritas.

LXXX Stat autem potissimum in illis in quibus magnam solertiam adhibuisse constat masorethas, videlicet in plenis ac defectivis, in versibus, sectionibus, litteris, anomaliis, parallelis locis recensendis.

LXXXI In his masorae auctoritas auctoritati Talmudis et judaicorum scriptorum generatim anteponenda, quia illa opus est criticorum ex codicum fide judicantium, haec auctorum libere sacris lectionibus utentium.

LXXXII In gravioribus lectionibus ac sensum mutantibus parallelismus legitimus emendationum fons habendus, in minoribus mendorum.

LXXXIII Varia lectio ex solo parallelismo orta generatim suspecta est et mendosa. Quod tum intelligitur quum optimorum codicum ac fontium praesidio destituitur.

LXXXIV Ut ergo emendatio ex parallelo loco recte fiat, si locus aperte mendosus non est, mss. codicum et versionum auctoritate confirmetur.

LXXXV Ex duabus lectionibus vere parallelis inter se diversis et auctoritate codicum hinc inde confirmatis, lectio primi scriptoris et antiquioris libri est praeferenda.

LXXXVI Illa magis vera

exemplaria quae cum novi Testamenti auctoritate concordant, ut inquit Hieronymus.

LXXXVII Sed eorum probanda fides in iis textibus quos novi foederis scriptores ex hebraeis fontibus, non ex Lxx desumpserunt, qui ad litteram, non quoad sensum producuntur, nec ex graeco sunt interpolati.

LXXXVIII Patres quum ad hebraea exemplaria provocant, eorum lectiones ostendunt sua aetate receptas. Videndum tamen ne hebraeorum exemplarium nomine graecas interpretationes ex illis haustas intelligant.

LXXXIX Utiliter etiam antiqua sacri textus conditio ejusque lectiones ex vetustissimis judaeorum scriptis eruuntur. At vero cavendum ne memoriae obtemperent, et allegoricae expositiones cum veris var. lectionibus confundantur.

XC Talmudistae dum allegoriis eruendis studentes praecipiunt *non legas sic sed sic*, quid in eorum codicibus legeretur, ostendunt. Ita quod non legendum suadent, vera textus lectio est.

XCI Criticorum judicia tanti valent, quanti auctoritas fontium quae pro iis militat.

XCII Omnis emendatio ex auctoritate communium sacrae criticae fontium fiat, eaque gravissima.

XCIII Non ex sola conjectura, nisi textus sit aperte falsatus ac mendosus, hocque urgens et extrema cogat necessitas.



CLAVIS

SEU

DESCRIPTIO COLLATORUM

MSS. EDITORUMQ. CODICUM

SACRI TEXTUS.

MSS. CODICES KENNICOTTIANAE COLLATIONIS

IN VARIIS EUROPAE PARTIBUS SERVATI

BREVITER DESCRIPTI, SUPPLETI, EMENDATI.

Cod. 1 *Biblia*, cod. ms. memb. fol. 2 vol., *Bodlejan. Laud.* A 172, 162.

Praestantissimus codex quem putat Kenn. assurgere ad aetatem 800 annorum, parem ei cum Vindobonensi antiquitatem tribuens, etsi ob *Kerì*, quod habet, et lineas masorae destinatas videatur certe recentior et ad XII seculum referendus. V. et cl. Schnurrer *De hebr. cod. aetate dific. determinanda* p. 25. Character Kennicotto hispanus, Brunsio intermedius, vel italicus est, atque ejusmodi videtur ex specimine, quod ipse exhibet ad calc. Kenn. *Disser. gen.* ab eo recusae. Sed in antiquioribus codicibus hispanis, ut supra observavimus et ex mss. ipsis constat, character vergit ad intermedium. Multae litterae vetustate detritae sunt, novo atramento obductae, nullae ex prima manu init. litterae majores, nulla primitus masora, excepta finali. Incip. Gen. XXVII 31, et continet variationes a textu Hoogtiano 14000, quae confirmant vers. graecam in vocibus 109, syram in 98, arab. in 82, vulg. in 88, chald. in 42. Sub fin. Nehem. deleta conspiciuntur haec verba: *Fortis esto Isaac scriba oriundus ex Rija*, forte *Riva* in ditione Tridentina.

2 *Biblia*, memb. charact. ital. in 4. an. 1304, ib. *Selden.* A 47.

Poetico more conscriptos habet Psal., Prov., Jobum, servatque in Agiographis ordinem hispanum ac masorethicum. Ad calcem vero haec leguntur: *Ego Samuel fil. R. Jacob Serughial scripsi istos Danielis et Esdrae libros, quibus XXIV libri sacri absolvuntur.. absolutusque est codex in urbe Soriae an. 64.*

3 *Biblia*, memb. hisp. 4. 2 vol. sec. XIV, ib. *Pocock.* 347, 348.

Poetice etiam hic conscribuntur, seu per hemistichia Psalmi, Prov., ac Job, et a Paralipomenis incipiunt Agiographa.

4 *Biblia*, memb. germ. fol. 2 vol. annorum 600, ibid. *Hunting.* 11, 12.

Incip. Gen. XXXIV 21, et explicit II Chron. IX 4. Codex bonae notae, in quo Jeremias praecedit Ezech. et Isaiam juxta ord. talmudicum, qui etiam servatur in Agiographis. Unic. Num. XXVI 18; XXXV 8.

5 *Pentat.*, memb. germ. fol. maj. cum Targ. alternis versibus, ibid. *Laud.* G 97.

Annorum forte 450. Ad calc. Geneseos reperitur nomen scribae codicis Simchà. Unic. Gen. XIV 10.

6 *Pent.* cum Targ. et vers. arab. versib. alternis, bombyc. fol. 2 vol. an. 1448, vel 1447, ib. *Pocock.* 395, 396.

Litteris potius hisp., quam germanicis. Epigr.: *Absoluta est haec lex sub in. mensis nisan an. 1760 aerae contractuum* (juxta Asseman. Ch. 1447) *in urbe Chamath, quae est super flum. Marud*, vel Oronte, *scripsitque illam servus minimus et humilis Elias fil. Jescuà fil. Chelpon.* Cod. sing. Gen. VIII 11.

8 *Pentat.*, memb. hisp. fol. min. sec. XV, ibid. *Hunting.* 69.

Afferuntur ad marg. cod. Zanbuki, et Hillelianus. Sing. lectio Exod. III 17.

9 *Pentat.*, memb. rabb. 4. min., ib. *Marsh.* 635.

Annor. circiter 500. Singul. Gen. II 12, Lev. XXIII 8, Num. XXVIII 17. Sed mendis et rasuris scatet.

11 *Genesis*, chartac. hisp. fol. recentissimus, ib. *Bodl.* 278.

12 *Exodus*, memb. hisp. 12. in. sec. XV, ib. *Pocock.* 7.

13 *Genes. Exod. Deut.*, chartac. rabb. sine punctis in 12. sec. XV, ib. *Marsh.* 10.

Contin. Gen. IV 20 ad XXXVI 7, et Exod. V 8 ad XL 19 cum Deut.

14 *Levit. Num. Deut. Meghilloth*, memb. hisp. 4. exeunte sec. XIV, ib. *Hunting.* 235.

Deficit lib. Esther a cap. III 10 ad finem. Unic. Num. XXVI 5.

15 *Num. Deut.* cum Targ. altern. vers. et *Aphtar.* ad marg. memb. 8. in. sec. XV, ibid. *Marshall.* 51.

Lib. Numer. deficit ad cap. IV 44. Character accedit ad germ.

16 *Deut.*, chartac. rabb. 12. sec. XV, ib. *Hunting.* 475.

Incip. I 16 et paucas habet Aphtaroth.

17 *Pentat.* cum Targum, *Isaias*, *Prophetae minores* et *Agiographa*, memb. germ. fol. maj. 3 vol. circa med. sec. XIII, ib. *Archiv.* A 95, 96, 97.

Ad fin. Malach. memoratur scriba Pesach. Cod. maximi usus ac sing. Exodi X 24, Levit. XVII 13, Num. VII 16.

18 *Pent. Megh. Job Apht.*, memb. germ. fol. maj., ib. *Marshall.* 1.

Forte an. 400. Singul. cod. Exod. XXVI 19, Lev. XXII 21, Num. XIV 18.

19 *Pentat. Psal. Megh.* et *Apht.*, memb. hisp. 8. an. 1483, ib. *Pocock.* 30.

Init. litterae majores et deauratae. Psalmi scripti hemistice, et sub fin. habet cod. lib. Machab. chaldaice. Absolutus die postrema mensis scebat an. 243.

20 *Josue Judices*, memb. hisp. 4. sec. XIV, ib. *Hunting.* 396.

21 *Judices* ac *Reges*, chart. rabb. 4. an. 1466 vel 1467, ib. *Marsh.* 607.

Ad calc. Judic.: *Absolutus liber Judicum cum Comm. R. Salom. Jarchi f. m. feria V, quae est dies XVI mensis scebat an. 1778 contractuum, scripsitque illum servus Abraham fil. Meir.*

22 *Samuelis libri*, chart. semirabb. 4., ib. *Marsh.* 91.

Init. sec. XV. Defic. a I Sam. II 3, et a II Sam. XXIV 10.

23 *Samuel Reges Proph. posteriores*, memb. germ. fol. maj. in. sec. XIV, ib. *Marshall.* 3.

Incip. I Sam. VI 10, et Isaias sequitur Jerem. et Ezech. Codex accuratus, scriptus a quodam Jacob fil. Meir.

24 *Prophetae poster.*, memb. hisp. 4. annorum circit. 350, ib. *Hunting.* 261.

25 *Isaias*, chart. rabb. 8., ib. EN 9.

Scriptus ab Aaron fil. R. Salom. Levitae in gratiam R. Eliezer f. Obadiae an. 1560, qui annus si contractuum est, respondet an. Chr. 1248.

26 *Isaias* cum Kimchii Comment., memb. 4. an. 1330, ib. *Hunting.* 234.

Ad calc. *Absolutus Comm. Isaiae ... descripsique eum ego Judas fil. R. Josephi fil. Al-Aphnos ad mei usum, et absolvi scriptionem ejus mense tebeth an. 5090.*

27 *Jerem.* Fragm., memb. 4. annor. 400. Servatur in cod. *Bodl.* 2.

Continet Jerem. XXXI 33 ad XXXII 14, et XXXVI 23 ad XXXVII 10.

28 *Ezech.* cum 2 vers. lat. interlineari et marg., memb. 4. sec. XIV, ib. *E Museo* 159.

Incip. a sinistra ad dext. et in fine habet bis orat. domin., ut certe ab exjudaeo, seu christiano sit exaratus.

29 *Ezech.* et *Prophetae min.*, memb. hisp. 24. in. sec. xv, ib. *Hunting.* 604.

Defic. ab Ezech. xv 4, et saepe deinceps.

30 *Prophetae* et *Agiographa*, memb. ital. 4., ib. *Tanner* 173.

Scriptus videtur sub in. sec. xiiI. Cod. optim., qui deficit ad Jos. x 6. Jeremias Isaiam praecedit, huncque sing. ordinem sequuntur Agiographa, Dan. Esd. Chron. Ruth Esth. Psal. Job Prov. Eccle. Cant. Threni.

31 *Agiographa*, memb. 12. sub dimid. sec. xiiI, ib. *Hunt.* 591.

Chronica praecedunt Psalmos, libri poetici per hemistichia dividuntur, et saepe deficit codex. Character simplex et antiquus.

32 *Job*, chart. rabb. 4. an. 1485, ib. *Laud.* L 1.

Epigr. : *Absolutus opera mei minimi liber hic ... in grat. R. Isaaci fil. R. Abrah. sacerdotis, fuitque finis ejus die x mensis sivan an. 245. Dicit scriba Joseph fil. Eli.*

33 *Job* cum dupl. versione arabica, bombyc. ital. 4. annor. 400, ib. *Hunting.* 511.

Altera ex 2 vers. arab. est R. Saadiae Gaon.

34 *Job*, chart. rabb. fol. an. 5243, Ch. 1483, ib. *Hunting.* 72.

35 *Psalt.*, memb. germ. 12. sec. xv exeun., ib. *Laud.* A 43.

36 *Psal.*, memb. germ. 4. in. sec. xiv, ib. *Laud.* E 22.

Sed juxta Bruns. recentior. Sing. Psal. xviiI 50, xxiI 2.

37 *Psal.*, memb. germ. 4. forte annor. 400, ib. *Laud.* L 16.

Psalmus iI in hoc cod. est pars I.

38 *Psal.*, memb. ital. 8. in. sec. xv, ib. *Bodlej.* 30.

39 *Psal.*, memb. ital. 12., ib. E N 627.

Voces init. simplices nec majores, masora primitus nulla, *Keri* saepe in textu, nulla a prima manu puncta, et in plur. locis vetustas versiones confirmat. Kenn. codicem refert ad in. sec. xiI, sed juxta Brunsium scriptura codicis non magnam ostendit antiquitatem, et recentior habetur ab Houbiga ntio. Sing. Psal. xxiI 17, xxv 5, xxviiI 8. Vide etiam xliv 10, L 8, LI 9, cxliv fin.

40 *Psal.*, memb. 12. in. sec. xvI, ib. *Archiv.* B 20.

41 *Psal.*, memb. hisp. 8. an. 1475, ib. *Selden.* sup. 105.

Absolutus mense nisan an. 5235. Habet init. litteras librorum deauratas, et Psalmos hemistice divisos.

42 *Psal.* cum vers. arab., memb. hisp. 4., ib. *Pocock.* 281.

Emptus an. 5144, Ch. 1384, et hemistice exaratus.

43 *Psal.*, memb. germ. 8. sec. xv, ib. E N 5.

Defic. ad Ps. iI 12. Hemistice divisus. Psalmos numerat 169, quia cxix in xxiI dividit.

44 *Prov.* cum vers. arab., bomb. semirabb. 4. sec. xv, ibid. *Pocock.* 215.

45 *Prov.* cum vers. arab., bomb. semirabb. fol. sub fin. sec. xiv, ib. *Pocock.* 70.

46 *Prov.*, memb. rabb. 8. sec. xv, *Hunting.* 227.

47 *Ruth Dan. Esd. Neh.*, bomb. ital. 4. init. sec. xv, ibid. *Marsh.* 21.

48 *Esdras Neh. Job Threni Esth. Ruth*, memb. germ. 4., ib. *Bodl.* 851.

Forte referendus ad fin. sec. xiv. Explicit Ruth iv 16.

49 *Dan. Esdr. Neh.*, bomb. rabb. 4. sec. xiv, ib. *Hunting.* 367.

50 *Meghilloth* et *Apht.*, memb. ital. fol. an. 1357, ib. *Laud.* A 171.

Ad calc. Esth.: *Scriba est Jacob fil. Nathan Eporediensis* (Pedemont.), *finitumque est opus operis sancti, et absolvi illud feria VI sub in. mensis adar primi an. 5117 in gratiam R. Mosis fil. R. Samuel.*

51, 52, 53, 54, 55 *Estheris Volumina* sec. XV, XVI, XVII, ib.

56 *Ecclesiastes* et *Esther* cum nonnull. *Aphtar.*, memb. ital. 12., ib. *Seld.* sup. 106.

Sub fin. sec. XIV. Init. litterae maj. et aureae. Ad calc. haec: *Ego David fil. Isaaci sacerdotis absolvi hunc Pentat. V Megh. et Aphtaroth.*

57 *Eccles.* cum vers. arab., bomb. rabb. 8. an. 1334, ib. *Pocock.* 274.

Subscriptio: *Absolutus est hic liber feria III hebdom., quae est XXII mensis scebat an. 1646 contractuum in urbe Masjaf* (prope Hamat, et Emessam in Syria), *sibique ipsi scripsit Jacob medicus fil. Jobi.*

58 *Eccle.* Fragm. a cap. X 4 ad fin., chart. rabb. 4. sec. XIV, ib. *Hunting.* 616.

59 *Cant.* cum vers. arab., memb. hisp. 4. in. sec. XV. Def. ab VIII 5. ad fin., ib. *Hunt.* 496.

60 *Apht.* Volum. in corio hisp. sub fin. sec. XIV, ib. *Hunting.* 617.

67 *Biblia*, memb. hisp. 4. an. 1476, *Oxon. Biblioth. Radcliv.*

Elegantiss. codex cum nonnull. litt. init. deauratis, et libris poeticis hemistice descriptis. Epigr.: *Ego Moses fil. R. Jacob scriba* (*finis vel terminus meus sit in bonum*) *scripsi, et punctis et masora instruxi, correxique hos XXIV libros uno volumine comprehensos, absolvique illud feria IV die 3* (forte 21) *mensis Ab anni 236 sexti millenarii in urbe Corunniae, consolidavique illud 37 quaternionibus* vel plagulis.... *in gratiam electissimi juvenis Isaaci fil. Don Salom. de Praga.* Ita interpretandae voces ס׳ו׳פ׳ לט׳, et קונדרסין, quae quid sibi velint, non conjicit Brunsius p. 365 novae edit. *Dissert. gen. Kenn.*

68 *Esther* Volum., ib. in *Museo Ashmoelano* sub fin. sec. XV.

69 *Pent.* cum vers. lat., memb. fol. sec. XV, ib. *Biblioth. Colleg. Corp. Christi* W B 4, 7.

Pretiosus cod. ob multas insignes, ac sing. var. lect. Conf. Gen. XXII 1, XXVII 34, XXXIII 1, XXXIV 28, 29, Exodi XXXIX 2, Lev. XIV 13, Num. IV 47, XXX 17, XXXV 32.

70 *Prophetae prior.*, memb. fol. in. sec. XV, ib. E 3, 8.

71 *Samuel* Fragm. cum vers. lat. interlin. et *Chronica*, memb. 8. in. sec. XV, ib. W D 1, 5.

72 *Prophetae poster.* cum vers. lat., memb. fol. exeun. sec. XIV, ib. W B 4, 8.

Omittitur Obadias. Haud paucas bonae notae variationes suppeditat.

73 *Psalt.* cum vers. lat. interlin., ac praeterea duplici alia, gallicana et romana in duabus aliis columnis, membr. fol. in. sec. XV, ib. W B 4, 6.

74 *Prov.* et *Psal.*, memb. fol. sec. XIV exeun., ib. W D 2, 1.

Psalmi sunt cum vers. lat. scripti a sinistra dextrorsum.

75 *Pentat.* cum Targ. ad marg., memb. fol. 2. vol. sec. XIV, *Oxon. Bibl. Coll. Jesu* n. 11, 12.

Singul. cod. lect. vide Gen. III 10, XIX 5, Lev. V 17.

76 *Meghilloth* et *Apht.* cum *Psal. Proverb. Job* sine punct. ad marg., memb. germ. fol. an. 1296, ib. n. 13.

Subscriptio: *Ego Menachem fil. R. Aaron scripsi hunc Pent. cum Targ., et V Meghilloth et Aphtar. in gratiam R. Jacob fil. sancti R. Salom. de Grenoble, scripsique illum in domo ejus in urbe Krest-Arnault* (in Delphinatu in Gallia). *Incepi illum die 1 mensis scebat an. 5056, et absolvi illum mense tisri.* Cod. pluribus variationibus insignis.

77 *Josue Jud. Cant. Eccle.* cum dupl. vers. lat., memb. 4. scriptus a sinistra ad dext. in. sec. xv, *Oxon. Coll. S.Joh.Bapt.* n. 143.

79 *Esther* Vol., *Bibl. Colleg. Lincoln.* sec. xv.

80 *Pentat. Apht. Psal. Job Eccle. Cant. Threni Dan. Esth. Esd. Neh. Chron.*, memb. germ. fol. sec. xiiI, *Oxon. Bibl. Colleg. Orielens.* n. 72.

Incip. Gen. I 24, Psal. a xxxiI 8, Eccle. iiI 5, et desin. Chron. ult. 20. Opt. ac sing. Gen. v 32, xxviI 39, xxxvI 39, Num. iv 41, viI 46, 58, xxix 38.

81 *Pent.*, memb. 12. sec. xiv exeunt., *Oxon.* penes Henr. *Barton.* S. T. P.

82 *Biblia*, memb. ital. 4. an. 1306, ib. olim penes cl. *Kennicott.*, nunc *Bibl. Radcliv.*

Cum init. litt. aureis ac libris poeticis hemistice descriptis. Haec leg. epigr.: *Hocque scripsi, et efformavi ego parvus et minimus Josue fil. R. Abrahami .. in grat. cl. Mosis ben Chaviv .... absolutumque opus mense adar an. 1066 ab O. C. Soriae.* Septem Kenn. codices post ej. fata transire debebant in Bibl. Radcliv.

83 *Pent. Apht. Megh.*, memb. hisp. 4. an. 1318, ib.

Ad calc. Pent.: *Absolutus hic liber die viiI sivan an. 78 sexti millenarii.*

84 *Gen.* a xxxiiI 7. ad *Jud.* xx 47, a I *Sam.* iiI 17 ad iI *Sam.* xxiv 15, et a *Jer.* xI 10 ad fin., memb. germ. fol. maj., ib.

Plures egreg. habet variationes. V. Gen. xlviI 9, xlix 25, Exod. xxx 6, Deut. xxviI 26, Num. xxviI 6, xxxI 13. Ex iI Vol. a Wolfio memorato, quod forte adhuc ad Hagenios pertinet, referendus est codex ex Kenn. sententia ad an 1136. Sed annus hic, ut monet Wolfius Bibl H. T. iv p. 80 seq., et ex eo Brunsius, in solo catalogo extabat, nec eum in ms. Hagenius reperire potuit, atque eidem Wolfio videtur ex ingenio confictus.

85 *Prophetae prior.* cum Targ. et 3 Comm., memb. hisp. 4. sec. xiiI script. Segoviae, ib.

86 *Proph. prior.* Fragm. memb. 4. in. sec. xv, ib.

Complect. Jos. xv 7 ad xxiI 29, Jud. v 26 ad xI 20, xix 18 ad I Sam. xiv 4, I Sam. xxvI 4 ad I Reg. xxiI 8.

87, 88 *Esth. Volumina* sec. xv, ib.

89 *Biblia*, memb. hisp. 4. *Cantabrig. Bibl. publ.* Mm 5, 27.

Character est potius formae hispanicae. Init. litterae aureae, libri poetici hemistice exarati, marg. masora sub candelabrorum, angulorum, semicirculorum figuris exhibetur. Multis scatet codex variationibus, multisque mendis. Ad calcem libri haec leguntur: *Ego Jacob Levita scriba obsignavi*, vel exaravi *hunc librum die viI mensis xiI litteris suis scripti Adar* שנת ה׳ת׳ו׳ר׳ה ליצירה ח׳ק׳ק לבנין בית הבחירה. Aeram hanc difficillimam et minime extricabilem, et ob id codicem istum criticorum crucem appellat Brunsius *Not.* ad h. l. Kennicottus anceps haeret et ipse in utraque statuenda et componenda epocha, observans litteras ה׳ת׳ו׳ר׳ה esse amplificatas, et saltem lit. ח mutatam, et dubitare de lit. ח alterius aerae, num sit ח, vel ה, vel ח. Uterque autem non antiquiorem putat cod. sec. xiiI ineunte. Paucis quid ego conjiciam. Si ח mutatum, legebatur forte an. האורה 5212, Ch. 1452, nec illa masorae distributio multum antiquum codicem ostendit. Litterae posterioris aerae, meo quidem judicio, designant an. 800, sive octo centenaria ab aedificatione templi postremi. At vero quoniam ab aedific. templi postremi, quae ex hebr. sententia incidit in an. 3409, ad an. 5212, non octingenti, sed mille et octingenti anni effluxerunt, alterutrum dicendum, ut utraque aera congruat, vel scribam literulam א, seu mille sub init. omisisse, vel eum, quod judaei solent, majori numero mille subintellecto, minorem solum 800 expressisse. Sing. lectio cod. Gen. xlviiI 12.

90 *Prophetae prior.*, memb. 4. sub fin. sec. XIV, ib. Ee 5, 8.

91 *Prophetae post.*, memb. 4. sub fin. sec. XIV, ib. Ee 5, 10.

Bini hi codices forte unum eumdemque codicem integr. Prophetarum eadem manu conscriptum efficiunt.

92 *Agiographa*, exceptis Meghilloth, cum Targ. in Psal. Prov. Job Chron., membr. fol. an. 1347, ib. Ee 5, 9.

Scriptus cod. an. 5107. Ps. CXVIII connectitur cum CXVII servatque cod. opt. var. lect. V. Prov. XV 20.

93 *Prophetae* et *Agiog.*, memb. ital. 8. sec. XIII, *Bibl. Coll. Gonv. et Caii* n. 404.

Cod. a christiano exaratus, ut constat ex epigraphe, et ex Daniele inter Prophetas collocato. Ex hac origine explicandae singulares huj. cod. lectiones, quae cum sola vulg. congruunt. V. Jos. XV 17, II Sam. XXII 7. Ruth legitur etiam post librum Judicum.

94 *Biblia*, memb. fol. 3 vol. an. 5045, Ch. 1285, *Bibliotheca Colleg. Emanuel* class. 1, 27.

Praefiguntur variae quaedam lectiones, quae hic indigitantur sub n. 94 A.

95 *Pentat. Megh. Job Prov. Apht.*, memb. hisp. fol. in. sec. XV. Defic. ad Gen. VI 9, *Biblioth. S. Joh. Evang.*

96 *Prophetae*, memb. germ. sec. XIV exeun., ibid.

Incip. Jud. VII 14. Isaias sequitur Jeremiam, et plures var. lect. complectitur.

97 *Psal.* cum tripl. lat.vers., memb. fol. in. sec. XIV, *Biblio. Coll. Ss. Trin.* R 8, 6.

98 *Prov.*, memb. 12. ann. 5166, Ch. 1406. Incip. I 22, ib.

99 *Biblia*, memb. hisp. fol. an. 1385, *Biblioth. Regis M. Britanniae*.

Ex titulo pertinebat ad synagog. hierosol., sed ea a turcis depraedata, in manus devenit cl. D'Arvieux. Habet libros poeticos in hemistichia divisos, hancque subscriptionem: *Scripsi ego Jacob fil. R. Joseph de Ripol hos libros XXIV in grat. R. Isaaci fil. R. Jehudae de Tolosa mense caslev hic Salsonae an. 5145 ab O. C.* Singul. II Sam. XXII 37.

100 *Biblia*, membr. fol. sec. XIII, *Londini Bibl. Musei Britan. Harl.* 1528.

101 *Biblia*, memb. 8. 4 vol. sec. XIV cum libris poet. hemist., ib. *Harl.* 5498.

102 *Biblia*, memb. fol. 2 vol. in. sec. XIV in Italia, ut videtur, exaratus cum lib. poet. hemist., ib. *Harl.* 5710, 5711.

103 *Pent.*, memb. fol. in. sec. XV, *Harl.* 5586.

In Hisp., ut vid., scriptus. Desinit Deut. XXXII 29. Unic. Num. XXXIV 22.

104 *Pent.*, memb. ital. 4. in. sec. XV, *Harl.* 5772.

105 *Pent.* Volum. maj. prope fin. sec. XIV, *Harl.* 7619.

106 *Pent.* et *Apht.*, memb. ital. 4. in. sec. XV, *Harl.* 5683.

Incip. Exod. XVIII 22, et alibi mutilus est codex.

107 *Pent. Megh. Apht.*, memb. fol. sec. XII, *Harl.* 5706.

Defic. ad Exod. VI 23, et Apht. 67. Singularis Lev. III 8, XI 25, Num. III 4, XXVII 12.

108 *Pent. Apht. Megh.* cum Psal. 137 et 79 post Threnos, memb. fol. in. sec. XV, *Harl.* 7621.

109 *Pent. Apht. Megh.* cum Fragm. *Jerem.* VIII 13 ad IX 23 post Thren., memb. 4. in. sec. XIII, *Harl.* 5709.

Insignis in re critica usus ac sing. Conf. Genes. XXVIII 4, XLIV 26, Exod. XI 2, XX 18, Levit. X 15, XXI 18, Num. VII 28.

110 *Pent. Megh. Apht.*, memb. 4. sub fin. sec. XIV, *Harl.* 5773.
Hic cod., item 113, 119 secundum catal. impressum mss. Harlej. Biblia conficiunt 3 tomis. Ad calc. 119 extat an. 1396.

111 *Pentat. Megh. Apht. Job* cum Psal. 137 Threnis addito, membr. germ. 4. sec. XIV exeun., *Harl.* 1861, singul. Gen. XXXVIII 17.

112 *Prophetae*, memb. fol. an. 1428, *Harl.* 5722.
Ad calc. Jud. dicitur absol. die 7 iiar an. 188, ad calc. Reg. die 4 ellul ej. anni, et sub fin. totius cod. legitur id. annus et urbs Bononiae.

113 *Prophetae*, memb. hisp. 4. sec. XIV, *Harl.* 5774.

114 *Proph. priores* et *major.*, memb. fol. in. sec. XIV, *Harl.* 5720.
Incip. Jos. VII 22, et desin. Ezech. XLV 19.

115 *Reges* ad *Micheam*, memb. fol. sec. XIV, *Harl.* 5721.
Incipit I Reg. IX 11, et desinit Mich. VII 18.

116 *Prophetae post.* usq. ad *Agg.*, memb. 4. sec. XIV, *Harl.* 5509.
Incip. Isai. XIII 14 et desinit Aggaei I 5.

117 *Agiographa*, memb. german. 4. sec. XIV. Daniel et Esdras post Psalmos occurrunt, *Harl.* 5506.

118 *Agiographa*, memb. hisp. fol. in. sec. XIV, *Harl.* 5715.
Inc. cod. Psal. XXVIII 8, et Psalmos habet poetice exaratos.

119 *Agiographa*, memb. hisp. 4. an. 1396, *Harl.* 5775.
Subscrip.: *Scriptus Castilione Emporiarum* (in Hispan.) *absolutusque mense ellul an. 5156 a creat. m.*; *scriptura autem est Esrae fil. R. Jacob f. Ararath*. Unic. Num. VII 22.

120 *Job* et *Cant.*, memb. rabb. fol. an. 1415, *Harl.* 5797.
Ad calc.: *Absolvi hunc Comm. Jobi, quem composuit Lev. ben Ghersoni, scripsique eum ego Menachem fil. R. Joseph Isaaci hic Aquilae mense nisan an. 175.*

121 *Psal.* et *Meghill.*, memb. 4. an. 1427, *Harl.* 5686.
In lib. Machazor vel jud. Precum, ad cuj. calcem haec leguntur: *Absolutus liber deprecationum per man. Isaaci fil. R. Obadiae f. David de Pareli hic Bononiae an. 187 mense ellul feria V, die XIII ellul in grat. R. Josephi Coèn fil. R. Salom. Coèn.*

122 *Prov.*, memb. 4. sec. XV, *Harl.* 7622.

123 *Esth.* Volumen in. sec. XV, *Harl.* 7620.

124 *Pent.* Vol. sec. XV, *Da Costa* 1.
Volum. hoc saepe masorae contradicit, maxime quoad litteras majusculas, et ter saltem habet *Keri* in textu.

125 *Pentat. Megh. Psal. Prov. Job Apht.*, memb. 4. an. 1481, *Da Costa* 2.
Script. a cel. Peritzol, ut ex epigr.: *Ego Abraham Peritzol fil. R. Mardochaei Peritzol Avenionensis scripsi librum hunc, qui continet legem Mosis, et V Megh. et Psalmos Prover. et Jobum et Apht. totius anni in grat. domini Samuelis de Pula .... hic Sirminae vico Mantuano in die jejunii Esther reginae an. 241 VI millenarii.*

126 *Prophetae post.*, memb. 4. in. sec. XV, *Da Costa* 3.

128 *Biblia*, memb. hisp. 4. sec. XIV exeun. cum Psal. hemist., *Lond. Bibl. Soc. Reg.* 1.

129 *Pent.* cum Targ. *Megh. Apht.*, memb. 4. sec. XIII, ib. n. 2.
Hic illic mutilus, sed singularissimae notae. V. Gen. XXXI 29, XLV 28, Exod. XL 37, Lev. XI 9, Num. XX 3. In chartis suis annotatum reperit Brunsius, codicem scriptum esse an. 1216.

130 *Prophetae* et *Agiog.*, memb. fol. maj. in. sec. XIV, ib. n. 3.

131 *Psalt.*, memb. 8. sub fin. sec. XIII, *Lond. Biblioth. Archiep. Lambeth* 435.
Optimae notae. V. Psal. LXVIII 9, et LXXIX 7.

132 *Pent.*, memb. 8. sec. XIV, *Lond. Bibl. Eccl. Westmonaster* 1. Sing. Lev. XX 23, Num. II 13.

133 *Psal.*, memb. 8. sec. XIV exeun., ib. n. 2.

134 *Samuel*, bomb. 8. in. sec. XV, *Lond. Bibl. Cath. Wellensis*.
Hierapoli acquisitus. Defic. a I Sam. VII 1 ad X 1.

135 *Pent.* Volum. max., sec. XV exeun., *Lond. Bibl. Holkam.*

136 *Pent.* cum Targ. *Megh. Apht.*, memb. ital. fol. an. 1299, *Londini* penes Ed. *Montague*.
Epigr.: *Fuit autem feria v die I mensis adar an. 5059 absolutum est opus punctationis et masorae. Deus dignum faciat meditari in eo R. Samuel f. Mosis Levitae ... ego Joseph fil. R. Isaaci punctis et masora ornavi hunc Pentateuchum.*

137 *Psal. Job Prov.*, memb. rabb. 8. an. 1404, ib. penes *Joseph. Salvadore*.
Epigr.: *Ego Moses fil. Matathiae scripsi et punctis instruxi hoc Psalt. Job Prov., absolutumque hod. v cal. maii an. 164 scripsique illud in grat. fratris mei Mosis fil. Danielis Maceratensis.*

138 *Esther* Vol. min., sec. XVI vel XVII, ib. penes *Andr. Stone*.

139 *Biblia*, memb. hisp. 4. cum lib. poet. hemist. sec. XIV exeun., Coll. *Marischal.* in Acad. *Aberdonensi*.

140 *Pent.*, memb. 4. in nonnullis locis mutilus an. 5239, Ch. 1479, *Bibl. Acad. Dublin.*

141 *Proph. post.* et *Agiog.*, memb. fol. sub fin. sec. XIV, ib.

142 *Psal.*, 24. memb. sec. XV, ib.
Illud sing. quod Psal. CXLV ad marg. scribitur comma a נ incipiens, quod in aliis codicibus non servatur.

143 *Esther* Volumen sec. XV exeun., *Biblioth. Archiep. Dublin.*

144 *Biblia*, memb. rabb. 8. in. sec. XIV cum lib. poet. hemist. penes *Samson Simson* Neoeboracensem in *America*.

145 *Prophetae* et *Agiogr.*, membr. germ. fol. 3 vol. an. 1281, *Argentorati Bibl. publ.* n. 1.
Opt. notae codex, quem fuse describit cl. Oberlin *Miscell. Litter.* p. 60 seq., scriptus a Mose fil. Aaron an. 5041, punctisque et masora instructus ab Isaaco fil. Salomonis.

146 *Threni Esth. Cant. Ruth Numeri Deuter.* cum masora, memb. litt. quadr. lucul. fol. sec. XIV, ib. n. 2.
Numeri ac Deuter. valde mutili. Codex bonae notae, de quo Oberlin. c. l. p. 79 seq.

147 *Agiographa* cum masora, memb. ital. 4. sec. XIII, ib. n. 3.
Praestantiss. cod. insignisque usus critici, quem accurate recenset Oberlin. c. l. p. 82 seq. Deest Ruth, et incip. a Psal. XXI 4.

148 *Psal.* cum sex Canticis, memb. 8. sec. XIV, ib. n. 4.
Cantica ex Isaiae XII, XXXVIII, I Sam. II, Exod. XV, Habac. III, et Deut. XXXII. V. Oberl. p. 93, qui ms. descriptionem et collationem horum quatuor codicum olim Kennicotto communicatam benevole ad me transmisit.

149 *Prophetae*, membr. germ. fol. sub fin. sec. XIII, *Bernae Biblioth. publ.*
Jeremiam et Ezech. sequitur Isaias. De hoc cod. Sinnerus *Cat. mss. Bibl. Bern.*, qui eum vitiosum et neglig. exaratum testatur.

150 *Biblia* cum Targ., memb. germ. fol. maj. 4 vol. sub fin. sec. XIII, *Berolini Biblioth. Reg.* class. 1.

Isaias occurrit post Jerem. et Ezechiel, ut post Esther Somnium Mardochaei, vel chald. Estheris Additamenta, quae nos e Pontificio codice edidimus. In hoc solo vel fere solo codice servantur optimae nonnullae var. lect. Samar. T. vel antiquarum vers. V. Gen. xxxv 4, Exod. iv 18, I Sam. xI 12, Ezech. xiv 1.

151 *Pent.* cum Targ., *Megh. Apht.*, memb. fol. an. 1277, *Bibl. Mon. S. Blasii* in Sylva nigra.

Quaelibet columna constat lineis 44. In sel. loc. humanissime pro me collatum a doctissimo Abb. de Calusio. Sed raro, ut solent synag. Volumina, ab impresso discrepat.

57 *Biblia* cum masora, membr. germ. nitid. 4. sub fin. sec. XIV vel in. XV apud *Baruch Caprileis* Jud. Caprileensem prope Utinum.

Paral. inchoant Agiographa, pertinuitque olim, ut sub in. legitur, ad Mosem Aaronem de Candia.

58 *Prophetae priores* cum masora, memb. hisp. nit. 4. maj., ib.

59 *Pent.* cum Targ. et Com. Jarchì, mas., *Megh. Apht.*, memb. ital. fol. max. an. 1340, *Hamb. Bibliotheca Isaaci Seligman.*

Voces init. minio et fig. ornatae. Deest ult. fol. Deut., et ad calc. haec leguntur: *Ego Salom. fil. Eliezer Chaiim Coèn scriba descripsi et absolvi hunc Pent. Apht. et V Megh. in gr. R. Mosis fil. R. Jehudae d. III mens. veadar Parasc.* ויקרא *an. 5100 a Creat.* Bibliotheca haec Isaaci Seligman est Oppenheimeriana ipsa ob Wolfii curas ac *Bibliothecam heb.*, ubi passim laudatur, jam dudum celeberrima ac doctis notissima. Ea non modo impressis melioris notae libris et editionibus hebr. instructissima est, sed et mss. codicibus ditissima, ut patet tum ex commemorato Wolfii opere, tum ex breviori ejus *Catalogo* an. 1782 in 4. Hamburgi hebraice edito, quem possessoris humanitati debeo, ut comitati debeo doctissimorum amicorum Tychsenii et Adleri fusiorem codicum notitiam et inscriptiones.

60 *Biblia* cum masora, membr. hisp. nitidiss. fol. min. 3 columnis sec. XV, ibid.

Scriptura elegantissima, et cum omnibus masoris per pulcherrimas figuras ac minimo miroque artificio dispositis. Cit. *Catal. heb. Bibl. Oppenh.* mss. f. 23.

61 *Pent.* cum mas., *Megh. Apht.*, memb. germ. fol., ib.

Sub fin. mutilus, sed valde antiquus. Legitur in inscript. nomen scribae David fil. Isaaci.

62 *Pent.* cum Targ. singul. vers. masora et *Apht.*, membr. germ. fol. 3 columnis anni 1302, ib.

Ad calcem: *Ego Isaac fil. Abrahami scripsi et absolvi Pent. cum Targ. an. 5062 a Creatione mundi die XII mensis av feria III.*

63 *Ezech. Isaias* et *XII Minores* cum Com. Jarchì, membr. fol. min., ib.

Codex bonae notae, in quo postr. libri folium desideratur.

64 *Pent.* sine punctis cum *Apht. Megh.*, memb. rabb. 4., ib.

Est *Tikon sopherim* antiquiss., sed mutil. Incip. med. sect. לך לך, et defic. sub dim. et fin. Esther. *Pent. vetustiss. qui dicitur correctissimus ad describendum ex eo librum legis cum sect. apertis et clausis, kerì, et chediv, plenis ac defectivis.* Ita *Catal.* cit. l. Extant praeterea in ead. Biblioth. decem alii codices sacri textus, quos in sel. locis deinceps conferendos curabimus, et in seq. volum. describemus. Notat Brunsius *Annal. Helmst.* 1783 *Maj.* pag. 400, ceterorum codicum Bibl. Oppenh. longe antiquissimum sibi videri *Machazor* an. 1205, sed fallitur doctiss. vir. Fol. 22 *Catal.* recensetur *Mechab. Menachem fil. Salomonis* (forte leg. *Saruk*) an. 4899, Ch. 1139. Vixit auctor sec. IX, unde annus de compositione sumi nequit. Deinde non animadvertit Brunsius auctores Catal. de primo illo codice dubitanter loqui, nec de codice, sed de libro, et auctoris compositione ac scriptione: *Videtur compositus et scriptus an. 4965.* V. *Catal.* fol. 12 mss. De hoc tamen codices ipsi consulendi. Iterum enim fallitur clar. Brunsius dicens pag. 399 locum et

annum accurate ubique in *Catal.* annotari. Contrarium monuimus et ostendimus in *Appar. heb. bibl.* p. 56.

65 *Apht.* et *II Chron.* Fragmenta, memb. germ. sec. XIII, *Erlangae* apud cl. *Hufnagel.*

Fragment. Apht. continet duabus plag. in fol. 3 colum. sectiones desumptas ex Jer. II, Isai. I, XL, XLIX, alterum Chron. in 4. a XVIII 16 ad XX 12.

66 *Pent. Meghill. Apht.*, memb. germ. 4. maj. sec. XIV, *Romae Biblioth. Casan.* FFF IV 3.

Adest masora parva a Gen. XVIII ad Exod. VI. Prima litt. Gen. deaurata, et lib. Esther primus occurrit inter Megh. Scriba est Levi Zemplein Germanus, ut legitur sub fin. Pentat. et Eccle. Casanat. codicum pro Kennic. non collatorum descriptionem selectasque V. L. beneficio debeo doctissimi amicissimique Fabricy, qui de hoc codice egit *Des Titres prim. Diss. prelim.* p. 214 not.

67 *Prophetae priores*, memb. hisp. eleg. 4. sub fin. sec. XII vel in. XIII, ibid. E F IV 20.

Incip. Josue III 4, sed nonnulla praec. capitum 2 primis fol. laceris habentur. A cap. IX ad XI a manu recentiori est. I Sam. desinit cap. XX 27. Nullam habet masoram, et 2 postremis chartis habentur Fragmenta II libri Sam. a IX 5 ad XI 1, et a XVI 5 ad XVII 2.

68 *Psalt.*, memb. rabb. 32. sec. XIV, ibid. F F F V 8.

69 *Psalt.*, chart. litt. quadr. ineleg. fol. min., ibid. E F IV 23.

In fronte dicitur cod. descriptus ex vetustissimo Bononiensi exemplari, sed tot scatet erroribus, ut ex Fabricy sententia amanuensem exjudaeum prodat, vel christianum hebr. rerum imperitum.

70 *Cant. Ruth Threni Eccle. Jonas Psal.* occurr. in Machazor, memb. ital. eleg. 4. majori sec. XIII, ib. D IV 27.

71 *Psal.* occ. in Machaz., memb. rabb. 4. maj. sec. XIII, ib. D II 18.

72 *Psal.* occ. in Machaz., memb. semirabb. 4. an. 141, Chr. 1381, ib. D IV 24.

73 *Psal.* occ. in Machaz., memb. rabbin. 4. an. 5134, Chr. 1374, ib. D V 26.

74 *Psal.* ac *Sect. Bibl.* occurr. in Machaz., memb. semirabb. 4. sec. XV, ib. D III 4.

75 *Psal.* occ. in Machaz., memb. rabb. 4. sec. XIV, ib. D V 27.

76 *Psal.* occ. in Machaz., memb. rabb. 4. sec. XIII, ib. D III 3.

77 *Psal.* occ. in Machaz., memb. rabb. 8. maj. sec. XIV, ibid. D V 35.

78 *Psal.* occ. in Machaz., memb. rabb. 4. sec. XV, ib. D III 2.

79 *Cant.* cum Comm. Gerson., chart. rabb. 4. maj. sec. XIV, ib. E F IV 24.

80 *Job Prov.*, memb. ital. 8. min. sub fin. sec. XIII, ib. EF IV 15.

Sine punctis et cum initial. litt. minio expressis.

81 *Ruth Cant. Eccle. Threni*, memb. ital. in. sec. XIII, ib. E F IV.

Compactus cum altero cod. memb. germ. *Pirkè avoth* recent. aetatis.

82 *Apht. Megh.* cum Com. Jarchì, chart. rabbin. 8. anni 1293, ib. FFF I 3.

Defic. cod. ad IV Apht. Sub fin. Apht. dicuntur *Absolutae a Juda fil. Samuelis die XII mensis adar an. 293 secundi millenarii*, haecque eadem epigr. repetitur sub fin. Megh., nisi quod dicantur hae finitae die XXIV illius mensis. En scribam jud. sequentem aeram christianam, nisi velis eam de destruct. templi intelligere.

83 *Biblia* cum masora, membr. hisp. 4. maj. an. 1481, *Centi* apud *Levi* Jud.

Codex, nitidiss. ac pulcherr., dicitur ad calcem *Scriptus ab Isaaco fil. R. David Kimchi, et absolutus Toleti an. 5241.*

84 *Proph. priores* ac *post.*, memb. germ. mutil. fol. min. sec. XIV, *Buxeti* ap. *D. Petr. Vitali Copelletto.*

Deficit fere integer lib. Josue cum quinque postremis min. Prophetis, desinens cod. cap. I Habacuci.

85 *Pent.* cum *Cant. Ruth Threni Eccle.*, membr. hisp. mutil. 4. sec. XV, *Romae Biblioth. Prop. Fidei.*

Incip. Gen. XXIX 38, et desinit Eccle. VIII 6. Inter Ruth et Eccle. occurr. duo Psalmi LXXIX, CXXXVII.

86 *Pentat. Aphtar.*, memb. semirabb. mutil. 4. sec. XV, ib.

Incip. Exod. X, et ad calcem desunt nonnullae Apht.

87 *Psal. Job Prov. Eccle.*, memb. char. quadr. mutil. 16. sec. XV, ibid.

Incip. a Psal. CIX, et desinit ad Eccle. III. Tres hi codices una cum Kenn. 475 post Pochii fata ad Biblioth. Prop. Fid. devenerunt. Eorum descriptionem benevole ad me transmisit doctissimus Borgia, selectiores nonnullas variationes clar. Amadutius.

88 *Biblia*, membr. rabb. 4. anni 1479, *Finali Mutin.* ap. *Jom Tov Belgrado.*

Scriptus cod. *Valladoliti* in Hisp. *ab Ismaele Nachmias an. 5239.*

89 *Cant. Ruth Eccle.* in Machaz., memb. hisp. lucul. 4. 3 vol. sec. XV, *Florentiae* apud *Ephraim Rimini.*

90 *Pent.* cum Targ., memb. hisp. 4. sec. XV, *Romae Biblioth. S. Pudentianae Cisterciens.*

Recent. aetatis cod. adamussim ad masoram descriptus, ac rarissime discrepans, qui pertinebat olim ad cel. Bartoloccium. Quatuor columnis paginae constant, quarum duae sacr. textum, duae chald. Paraphr. litt. minoribus sistunt. Priora 8 folia recent. manu suppleta.

91 *Proph.* omnes et *Agiogr.* cum masora, memb. hisp. nitid. 4. min., *Hafniae Bibliotheca Universitatis.*

Codicem hunc, ac sequentem, brev. describit Tellerus ad calcem *Diss. II* Kenn. latine a se redditae, uberius Lichtenstein in *Progr. duorum cod. hebr.* 4. Helmst. 1776, suppeditatis selectioribus utriusque discrepantiis, quas nos operi inserimus. Pertinuerunt olim ad Jablonskium, deinde vero ad Rudolphum Ant. Fabricium, unde *Fabricianos* Tellerus appellat. Recentior judaeus codicis possessor et restaurator notat sub in. I hujus codicis eum conscriptum fuisse ab hispano quodam e tribu Manasse an. ש״יט 319, Ch. 1559, qui annus nimis recentior ac certe falsus, ac forte, supput. priori littera pro compend. שנת, verus an. est 19 min. supput., Ch. 1259. Agiographa a Chron. incipiunt juxta canonem hisp., libri poetici in hemistich. dividuntur, et absolvitur cod. foliis 383.

92 *Gen. Exod.* cum Targ. altern. vers., masora et Com. Jarchì, *Apht.* et Lib. *Esther*, memb. hisp. 4. minori anni 1028, ibid.

Aeram תפ״תח 788, quae legitur ad calcem Exodi, mendosam putat Tellerus, genuinam Lichtenstein. Sed de ea valde dubitandum est, dubitatque Brunsius not. ad *Disser. gen.* Kenn. pag. 562. Forte veram aeram constituunt postremae litterae פח, quae an. dant 88, Chr. 1328. Scatet codex mendis innumeris.

93 *Exodi* Fragm. cum Targ. alt. vers. et mas., memb. charact. quad. fol. min. 3 col., *Altorfii* penes cl. *Sixtum.*

Continet Cap. xx, xxI, xxII, xxIII, xxvIII, xxIx. Quae hic exhibentur V. L. repetuntur ex *Programmate* ipsius possessoris an. 1772 Altorfii edito in 4., ubi fuse Fragment. hoc recenset.

94 *Isaiae* ac *Jonae* Frag., memb. fol., in *Colleg. Bebenhausen* apud cl. *Schelling*.

I Fragm. constat 4 foliis in fol. maj., et continet Isai. XLV 13 ad LX 11, alterum unico fol. in fol. min., et complectitur Jonam a cap. I 9 ad III 5. Var. lectiones sibi a possessore communicatas publici juris fecit cel. Michaelis *Biblioth. Or.* Part. XIII p. 205, unde nos huc eas transferimus.

95 *Psal.* Fragm., memb., *Erfurthi Biblioth. Ministerii*.

A Psal. IX 5 ad XVIII 6. Detectum a cl. Diederichs, qui brevem ejus descriptionem variasque lectiones edidit in Michaelis *Biblioth. Or.* T. VI p. 239, unde a me excerptae.

96 *Jerem.* Fragm. cap. XXV 5 ad XXVI 11 cum mas., memb. 3 column., *Giessae Hassorum Biblioth. publ.*

97 *Jobi* Fragm. a XXII 5 ad XXVII 8, memb. 3 columnis, ib.

Var. lect. utriusque Fragm. afferuntur hic ex collat. et editione cl. Schulzii in duobus *Program.* 4. Gissae editis an. 1775. V. de iis Michael. *Biblioth. Or.* T. XI p. 47.

98 *Jobi* Fragm. a XIII 23 ad XV 32 cum Com., memb. hisp. fol., *Norimbergae* apud cl. *Conr. Jacobi*.

Constat 2 paginis, illudque describit, ac V. L. illustrat possessor ipse in *Diss. inaug. de Fragm. cod. bibl.* 4. Altorf. 1772, unde hausta sunt, quae suppeditamus.

99 *Apht.* Fragm., membran. fol., *Pragae Biblioth. Clementina*.

Complect. binis foliis *I Sam.* XV 22 ad 33, *Ezech.* XXXVI 16 - 36, XLV 18, *I Reg.* VI 9 - 13, *Ezech.* XLIII 10, *I Reg* XVIII 20 - 39, VII 13 - 50, VIII 1, *II Reg.* XII 1, 2. Ex Michael. *Biblioth. Orient.* T. XII pag. 103.

100 *Pent.* cum *Apht.* mas. Com. Aben Esrae, Jarchi et al., memb. hisp. nitid. fol. sec. XV, *Ferrariae* penes *Felicem Coèn* Jud.

101 *Biblia* cum masora, membr. ital. nitid. 4. maj. an. 1347, *Bononiae Monast. S. Michaelis in Bosco* extra urb. Patrum Olivet.

In fol. quod nunc ad fin. codicis traductum est, olim autem ad calcem Prophetarum reperiebatur, leguntur haec: *Moses Kasani. Absoluti sunt XII Prophetae minores per manus Mosis Kasani fil. R. Davidis die XXV mensis scebat an. 5107 receptae supp. hic Agrippi*. Pauca quaedam loca benevole pro me contulit doctiss. Mingarelli, ex quibus constat ad masoram diligenter codicem esse descriptum, ac raro ab hodierno textu discrepare. Nihilo tamen secius selectiores reliquorum librorum discrepantias nos ipsi in eo, quum primum licuerit, conferemus.

102 *Lev. Sam. Eccle.* Fragmenta, memb. 3 column., *Helmstadii Biblioth. publ.*

Trium horum Fragm. descriptionem selectasque varietates edidit Lichtenstein sub tit. *Programma cod. heb ms. Helmst. v hucusque pro deperdito habiti, ac trium Fragmentorum heb. descriptionem sistens* 4. Helmstad. 1777. Ex hoc opusculo nos quas hic producimus lectiones mutuavimus. Primum Fragm. continet Lev. XXI 19 ad XXIII 1, secundum I Sam XVI 10 - 12, 16 - 19, 23 ad XVII 3, XVII 8 - 10, 14 - 18, 22 - 24, tertium Eccle. IV 2 ad VII 4.

103 *Biblia* cum masora, membr, hispan. fol. maj. sec. XV, *Mantuae* apud Judaeos.

Splendidiss. codex imag. minio auroq. expressis condecoratus. Praecedunt longo ordine per colum. af-

fabre dispositas masorethica multa, V. L. ben Ascer, et ben Napht., et cod. Hilleliani, pausae, vel lacunae sacrorum librorum, sectiones, variationes affinium et parallelorum locorum, et Aphtarae. Quamvis porro hisp. sit codex, et ad masor. leges accurate descriptus, insignem nihilosecius var. lectionum segetem ex eo collegimus. Libri poetici per hemistichia sunt divisi, nec ulla anni, loci, scribae designatio occurrit.

104 *Pentat.* cum Targ. et Comm. Jarchì, *Megh.* et *Aphtar.*, memb. germ. fol. sec. XV, *Venetiis Biblioth. Canonici.*

Cod. nitidiss. auro minioque ornatus.

105 *Libri II Reg.* Fragm., memb., *Tubingae Biblioth. publ.*

Bina Fragmenta, quae ad eundem codicem videntur pertinuisse. De iis clar. Reuss in Beschreibung Merkwürdiger Bücher aus der Univ. Biblioth. zu Tubingen, seu *Descriptione memorabilium lib. Acad. Biblioth. Tubingensis, nec non duorum Fragm. hebr.* 8. Tubingae 1780.

106 *Ezech.* Fragm., membr., *Hosae* penes *Kapp.*

De hisce 2 Fragm. membr. adhibitis olim ad tegendos libros agit, eorumque V. L. profert cl. Bahrdtius in *Append.* ad *Appar. crit.* T. I 8. Lips. 1755. Primum continet vers. nonnullos cap. XVII, et plerosq. XVIII, posterius vers. aliquot Cap. VI, VII, VIII. Graviores horum Fragment. variationes benigne pro me ex Reussio, et Bahrdtio decerpsit doctiss. Schnurrer.

107 *Biblia*, seu *Prophetae prior. poster. Agiogr.*, memb. fol. an. 1299, *Vindobonae Biblioth. Caesarea.*

Cod. optime scriptus, qui constat foliis 369, et masoram habet sub fig. belluarum, Isaiam vero post Jeremiam. Quatuor quos hic sistimus, Vindobonensium codicum notitiam hausimus ex cl. Adleri *Itinere Romano* germanice nuperrime edito, ac curabimus, ut selectiores nonnullae variae eorum lectiones in sequentibus nostrae collationis voluminibus locum habeant. Bina etiam Fragmenta Genes. cum Apht. Kennicotto ignota in 4. maj. charact. germ. foliis 170 ante an. 1408 conscripta, ut in eadem Bibliotheca extantia, Adlerus memorat.

108 *Pent.* cum Targ. vers. altern., *Megh. Apht. Job*, membr. germ. fol. maj. foliis 273, ib.

109 *Pent. Megh. Apht. Job*, memb. germ. fol., ibid.

Codex sine inscriptione et masora, foliis constans 198, quem Adlerus unum ex antiquioribus ac pretiosioribus mss. Vindobonensibus aestimat, et ob criticum usum maximi facit, benevole mecum communicatis var. quibusd. ejus lectionibus.

110 *Pent. Esther Apht.*, membran. germ. 4. foliis 263, ib.



CATALOGUS MSS. CODICUM SACRI TEXTUS

PER URBES ET BIBLIOTHECAS DISPOSITUS.

Ext. DENOTAT EXTEROS EX NOVA AUCTORIS COLLATIONE KENN. SUPERADDITOS.

Hamb. Biblioth. Isaaci Seligman, olim Oppenh. *Ext.* 59, 60, 61, 62, 63, 64.
Helmstad. Biblioth. Publ. 181, 633, 634, 635, *Ext.* 102.
Hofae Kapp. *Ext.* 106.
Jenae Biblioth. Acad. 182.
—— Hirt. 604.
Leidae Biblioth. Publ. 646, 647, 648, 649, *Sam.* 183.
—— Schultens 184.
Liburni Franco 424.
—— Jac. Bonfil. 425.
—— Eman. Ergas *Ext.* 16, 17.
—— Jacob Ergas *Ext.* 18.
—— Aaron Ergas *Ext.* 19.
—— Laz. Rekanati *Ext.* 20.
—— Medina *Ext.* 21.
—— Aghib. *Ext.* 22.
Lipsiae Biblioth. Senat. 599, 600.
—— Biblioth. Acad. 665.
Londini Biblioth. Reg. 99.
—— Mus. Britann. 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, *Sam.* 127.
—— Soc. Reg. 128, 129, 130.
—— Lambeth. 131.
—— Westmonast. 132, 133.
—— Montague Armig. 136.
—— Salvadore Armig. 137.
—— Joseph. de Aguilar 290.
—— Eccl. Cath. Wellens. 134.
—— Biblioth. Holkam. 135.
—— Stone 138.
—— Synagogae Jud. 671, 672.
Lovan. Biblioth. Collegii olim Jes. 372, 373, 374, 694 B.
Lugduni Biblioth Publ. *Ext.* 48, 49.
Manhem. Sekel Levi 379.
Mantuae penes Judaeos 558, *Ext.* 103.
Mediolani Biblioth. Ambros. 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 420, 421, 422, *Sam.* 197.
—— Biblioth. Firmian 417, 418, 419.
Mogunt. Biblioth. olim Jes. 375.
Molsheim Biblioth. Coll. Episc. *Ext.* 50.
Mutinae Biblioth. Duc. 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544.
—— Rovigo *Ext.* 33.
Neo-eboraci in Amer. Simson 144.
Norimbergae Bibl. Publ. 198, 199, 202, 667.
—— Biblioth. Ebner. 200, 201.
—— Conr. Jacobi *Ext.* 98.
Oxonii Biblioth. Bodlej. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 9, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 673, 674, 675, 676, 677, 678, 679, 680, 685, *Sam.* 61, 62, 63, 64, 65, 66.
—— Mus. Ashmoel. 68.
—— Bibl. Radcliv. 67.
—— Coll. Chris. 69, 70, 71, 72, 73, 74, 681.
—— Coll. Jesu 75, 76.
—— Coll. S. Joh. 77.
—— Coll. Oriel. 80.
—— H. Barton 81.
—— Kennicott 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88.
—— Aguilar Jos. Arm. 290.
—— Coll. Lincoln. 79.
—— Biblioth. Holkam. 682.
Parisiis Biblioth. Reg. 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 332, *Sam.* 333, 334.
—— Sorbon. 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 335, 336, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348, 349, 350, 351, 352, 353, 354.
—— Dom. de Gouz 222.
—— Orator. 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, *Sam.* 363, 364.
—— S. German. 365, 366, 367.
—— S. Genovef. 368, *Sam.* 221.
—— Patr. Minim. 369.
—— S. Victor. 370.
Parmae Biblioth. Reg. 548, 549, 550, 551, 552, 553, *Ext.* 30, 31, 32.
—— Biblioth. auctoris codices quadringenti septuaginta novem seorsim recensiti.
Patavii Biblioth. S. Justin. 559, 560.
—— Biblioth. S. Joh. in Virid. *Ext.* 37, 38.
—— Synag. publ. Jud. 561.
—— Marc. Girondi *Ext.* 39.
Pferschen Sim. Ulman 380.
Placentiae Biblioth. P. Praed. *Ext.* 29.
Pragae Biblioth. Clement. *Ext.* 99.
Regiomonti Biblioth. Senat. 223.
—— Biblioth. Reg. 224.
Regii Lepid. Bin. Foà 546, 547.
Romae Biblioth. Vatic. 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 239, 476, 477, 478, 480, 481, 482, 483, 484, 485, 486, 487, 488, 489, 490, 491, 492, 493, 494, 495, 496, 497, 498, 499, 500, 501, 502, *Ext.* 3, *Sam.* 503.



CODICES EDITI

SEU EDITIONES SACRI TEXTUS

BIBLIOTHECAE AUCTORIS.

1 *Biblia Soncinensia* fol. min. 3 vol. an. 1488.

Ad calcem Pent.: *Absolutum est autem opus sanctum xxiv librorum perfectione qua studuit propagare legem in Israel Josuas Salomon fil. Israel Nathan feria III die xI mensis iiar an. 248 min. supput. per typogr. Abrah. fil. Chaiim ex fullonibus Pisaurensibus habitantem Bononiae*. Primaria ac perrara editio, luculentissimus V. L. fons. Unica Gen. IV 17, V 29, XLVI 9, Exod. V 8, VI 15, X 12, XXIII 31, XXXV 35, Lev. XI 42, XVI 28, Num. V 10, XIV 17, XXVI 30, XXVIII 27, 28, XXXII 16, 26, XXXIII 33, XXXIV 3, Deuter. I 37, III 14, 27, IV 8, V 9, XII 16, XXVI 19, XXIX 10, XXXII 46, XXXIV 2, aliquando unica sine mss., ut Exod. V 10, Deuter. XXII 3. Hausta est ex cod. germanico, ac mendis scatet. V. Bruns. not. ad *Diss. gener.* Kenn. pag. 444. Confer. quae de hac edit. diximus *De Heb. typ. orig.* p. 32, Le Longius ac Masch. *Biblioth. sacra* T. I p. 5, *Append.* mea p. 27, Fabricy *Titres prim.* T. II pag. 383, Kenn. *Diss. gen.* ad n. 260, quem illi in suis Bibliis assignat, Eichorn *Introd. V. T.* T. II pag. 201.

2 *Biblia Brixiensia* 4. min. anni 1494.

Sub fin. fol. separato: *Ego Gersom fil. R. Mosis Soncinas impressi.. an. 254 hic Brixiae*. Editio maximi et ipsa usus in re critica ac Soncin. rarior. V. *De Heb. typ. orig.* p. 50, *Biblioth. Le Longio-Masch.* T. I p. 7, *Append.* mea p. 29, Kennic. *Disser. gener.* cod. 264. Unica Deut. I 28, XXIX 4. Nota quod summopere differunt haec Biblia a Pent. Brixiensi an. 1494, potissimum in plenis ac defectivis, et quod extant exemplaria, quae pro Pent. integrorum Bibliorum compactum habent Pent. seorsim excusum an. 1494. Ejusmodi est unum ex meis luculentissimum, quo utor, unde veras lectiones Bibl. Brix. eruere debui ex altero exemplari mutilo. Ejusmodi etiam est exemplar Berolinense, quo utitur Schulzius ac Kennicottus, nam quas Kennic. profert lectiones Deut. II 7, et VII 13, eae Pentat. Brix. 1494 sunt, non Bibliorum, ut moneo ad haec loca. Immanis a masora dissensus effecit, opinor, ut Pent. cum integris Bibliis excusum statim reprobarent judaei, atque ei alterum cum Aphtaroth, hisce recisis, substituerent.

3 *Biblia Antiqua* sine anno et loco fol. 2 vol. membr.

Editio utraque praecedenti rarior ac praestantior, cujus praeter chartaceum diebus proxime elapsis clar. Crevennae votis concessum, membranaceum aliud integerrimum ac splendidissimum nactus sum nuper exemplar. Ex italico ordine Apht., qui praecedit folio seorsim excuso, eruitur editionem hanc pulcherrimam factam fuisse in Italia. Libri poetici in hemistichia dividuntur, et liber Esther dicitur in titulo Assueri. Ex accuratissimo eoque hispano ac masorethico codice videtur expressa, etsi singulares nonnullas lectiones contineat. Exodi XX 10 unica est, et Gen. X 1 cum sola Soncin. convenit. V. *De Heb. typ. orig.* pag. 60, Le Long. *Biblioth. S.* p. 62, Masch. not. ad eund. p. 14, Kenn. ad cod. 545.

4 *Biblia Pisaurensia* fol. an. 1511, 1517.

Per Gerson. Soncinatem. Ad calc. Regum dicitur *Absolutum opus d. XIV nisan anno 271 opera minimi typogr. ex filiis Soncini*, והוא גר-שם (Gersom) *peregrinantis hic Pisauri*. Ad calcem operis: *Fuitque finis ejus... an. 277 die I mensis adar*. Editio tantae raritatis, ut vix unum aut alterum supersit exemplar. V. de ea Masch. *Biblioth. S. Le Long*. T. I p. 13, et quae nos in *Append.* supplemus. Unica Num. IX 3 in lect. ובכל.

5 *Biblia Veneta* Bombergii 4. 2 vol. 1518.

Ad calcem: *Absolutumque est omne opus, opus sanctum, an. 5278 per manus Danielis Bombergii ex Antwerpia termino Brabantiae an. XVI Ducis Leonardi Loredani Venetiis*. Ad marg. V. L. codicum vel al. editionum exhibent haec Biblia Bombergianis omnibus rariora. De iis Masch. c. l. p. 17, et nos in *Append.* p. 36.

6 *Biblia Rabbinica Veneta* fol. 4 vol. 1525, 1526.

Prima Biblia masorethica, recentiorum typus, magno studio a R. Jacob ben Chaiim curata, et a Bombergio edita. De iis Maschius pag. 100, et Brunsius not. ad cod. Kennic. 277 pag. 449 *Diss. gen.* Kenn. a se recusae. Sub fin. dicuntur *Absoluta mense tisri an. 286, qui respondet anno christianorum 1525*. Etenim ad fin. anni nostri pertinet init. novi anni judaici, ut monui in *Proleg.* pag. 13. Retenta tamen consueta supputandi ratione, qua 240 anni integri judaicae aerae adduntur, tum a Bibliographis, tum aliquando a me ipso in collatione relata sunt ad an. 1526. Sing. lectionem hujus edit. I Chron. XX 4 הרפא, ut doctissimi Brunsii votis ac publ. obtestationibus satisfacerem, in mss. meis omnibus cod. contuli, nec ullum reperi, qui sic legeret, nullum ex hispanicis, qui Gen. XIX 13 habeat אל המקום.

7 *Biblia Veneta* Bomb. 4. 1525.

Possideo Prophetas poster. et Agiogr., utorque quoad reliquos libros Kenn. collatione.

8 *Biblia Munsteri* hebraeo-latina fol. *Basileae* 1534.

Et cum ipsius Munsteri annotationibus, germanicis typis, ut reliquae edit. Munsterianae. Ad calc.: *Ex officina Bebeliana impendiis Mich. Isingrinii et Henrici Petri 1535*. Utraque Munsteri Biblia heb. lat. 1534, 1546, ad amasorethicas editiones refert Maschius *Diss. praelim.* p. 29, et p. 151 operis, ubi ea delineat.

9 *Biblia Munsteri* hebr. 4. *Basileae* 1536.

Ex officina Frobeniana per Hieron. Frobenium, et Nicolaum Episcopium an. MDXXXVI mense septembri. Accedit ad calc. Append. var. lectionum ex aliis codicibus sive mss. sive editis deprompta, quae judaeum quempiam habet auctorem. V. Masch. pag. 23.

10 *Biblia Roberti Stephani* 4. 4 vol. *Parisiis* 1539, 1544.

11 *Biblia Roberti Stephani* 16. 8 vol. *Parisiis* 1544, 1546.

Sat nota praestantia ac raritas utriusque editionis Stephanicae, de quibus suo loco agunt bibliographi. Prioris editionis ad manus sunt bina volumina Proph. majorum, et Agiograph., posterioris, quae est longe accuratior, integerrimum ac splendidissimum exemplar.

12 *Biblia Veneta* Bomb. 4. 1544.

Ad calc.: *Impressum* (opus) *quarta vice magno studio per manus Corn. Adelkind an. 305 min. supput.* (Ch. 1545) *in domo Dan. Bombergii*. Quod notat Maschius pag. 22, sub fin. II volum. dici quintam editionem, in meo exemplari non legitur. Accurata editio, et ob id etiam a criticis maximi facienda, quod ad eam criticas suas notas in *Or Torà* exegerit Lonzanus.

13 *Biblia Munsteri* heb. lat. fol. *Basil.* 2 vol. 1546.

Ex officina Michaelis Isingrinii et Henr. Petri.

14 *Biblia Veneta* Justiniani 4. 2 vol. 1551, 1552.

In tit. *Fuitque init. ejus die XIII adar an. 5311 M. hic Venet. in offic.*

D. Marci Antonii Justiniani. Ad calcem: *Absolutum est opus, opus sanctum an. 312*, Ch. 1552. Pag. versa: *Opera praefecti typographiae Cornelii Adelkind in offic. Justiniana*. An. 312 non solis Proph. prioribus, ut innuere videtur Masch. p. 29, sed reliquis etiam volum. praefigitur. Prima editio Justinianaearum.

15 *Biblia Ven.* Justiniani 4. 1563.

Hic titulus: *V partes Pent. in offic. Marci Ant. Justiniani an. 5323 a Creat. hic Venetiis*. Sed an. hic praefigitur soli Pentateucho; reliquae partes an. exhibent 1552, et retentae sunt ex praecedenti editione. Solus ergo Pent. recusus. Maschius, qui haec Biblia non vidit, minus recte conjicit esse Biblia a Norzio relata ad an. 1560, quae Gen. XIV 24 חם postponant.

16 *Biblia Plantini* 8. 2 vol. *Antwerpiae* 1566.

In fronte dicuntur excusa במצות *ex mandato Bombergii* multo ante defuncti. Insignis error qui Plantino excidit, qui vel dicere voluit באותיות *characteribus*, vel *typis*, vel verba haec inadvertenter ex Bomberg. editione retinuit, ut innuere videtur formula יצ״ו illi, ut viventi, subjecta. Ad calcem: *Impressum opera et in domo Christoph. Plant. cum typis et characteribus Bombergianis, et absolutum mense teveth anno 326 min. supp.* Editio prima ex Plantinianis inter praestantiores rarioresque habenda.

17 *Biblia Veneta* Joh. de Gara 4. 1566.

Titulus I vol. *Pent. excusus in domo Jo. de Gara typis Bombergii an. 326 min. supput. correctus opera Josephi Chazan*. Ad calcem dicuntur absoluta mense adar II ejusdem anni. Prima ex editionibus hujus typographi.

18 *Biblia Rabbin. Veneta* fol. 4 vol. 1568.

Sub in. dicuntur *Impressa 3 vice ex mandato Joh. de Gara typis Bomberg. an. 328 min. supput. hic Venetiis*. Ad calcem: *Absoluta feria VI die XVII ellul an. 328*.

19 *Biblia Veneta* Joh. de Gara cum not. marg. 4. 2 vol. an. 1570.

Typis Bombergianis. Expositio difficiliorum voc. non fit italice, ut notat Maschius p. 114, sed hebraice, nec Psal. LXXXIX reperitur insertum comma ex Psal. LXXVI, ut iterum ipse animadvertit. In 4. et quidem maj. est editio, non in 8., ut Wolfius ac Maschius asserunt. Solus Pent. habet aeram 330, ceterae partes 328, Ch. 1568.

20 *Biblia Polygl.* Ariae Montani fol. 8 vol. *Antwerp.* 1569, 1572.

Christ. Plantini typis, Philippi autem II pietate ac studio. Opus vere regium, tantoque rege dignum, quod nuper, nec nisi post impressam hujus vol. collationem sumus assequuti.

21 *Biblia Antwerpiensia* Plantini sine punctis 16. 4 vol. 1573.

Finita die 11 ellul anno 334 min. supput.

22 *Biblia Triglotta Sanctandreana* fol. 3 vol. *Heidelb.* 1586.

Hebr. graece lat. ex dupl. vers. et cum notis Vatabli ex officina Sanctandreana, dicta Vatabli vel Bertrami. Dicuntur in fronte *omnia cum editione Complutensi diligenter collata*, unde credidit Le Longius p. 18 hanc editionem unicam factam esse secundum textum heb. et graecum edit. Complutensis. Sed collatione facta, reperio falsissimum hoc esse, et heb. textum Sanctandreanum a Complutensi insigniter dissidere. Nota in hoc vol. in selectis locis Biblia haec antequam exemplar meum nanciscerer, allata fuisse sub novo titulo *ex officina Commeliniana an. 1616* ex exemplari, quod extat in Regia hac nostra Bibliotheca.

23 *Biblia Hartmannorum* 4. *Francof. ad Oderam* 1595.

Hebr. titulus, quem exemplaribus solis in 8 praefigi monet Maschius pag. 31, praefigitur etiam exemplar. in 4., ut ex hoc nostro constat.

24 *Biblia Veneta* Joh. de Gara cum Com. Jarchì 4. 1595.

Anno בשׂמחת 355 litteris Bombergianis. Solos Prophetas poster. et Agiographa exemplar meum complectitur.

25 *Biblia Veneta* cum Com. Jarchì 4. 1607.

Apud eundem de Gara. Exemplar mutilum.

26 *Biblia Lugd. Batav.* sine punctis 16. 1610.

Summo studio impressa per manus filiorum Franc. Raphelengii fel. mem. anno 370 min. supp. hic in urbe celebratiss. Leidae, ut habet heb. titulus.

27 *Biblia Veneta* Bragad. 4. 1613, 1615.

Ex mandato Joh. Bragadini, et in domo Joh. Kajon. Sub in. Pent. legitur an. 373, sub in. Proph. poster. 5374, ad calcem 375 min. supput. Prima editio Bragadinorum, de qua Masch. p. 37, et *Append.* mea p. 51.

28 *Biblia Veneta* Bragadina 12. 1615, 1616.

Excusa litteris Sabionetae ex mand. Petri Bragadini in domo Joh. Kajon an. 5375, ut leg. in fronte, et *absoluta mense caslev an. 376*, ut ad calcem.

29 *Biblia Genevensia* 16. 6 vol. 1618.

Impressa an. 378 opera Cepha Elon, seu Petri de la Rouviere, *hic Genevae*. Hic idem annus repetitur ad calc., sed reliq. volumina praefixum habent an. 377, Ch. 1617.

30 *Biblia Ven.* Bragad. 4. 1627.

In fronte dicuntur *novis typis edita ex vetusto et accuratissimo exemplari an. 388 in domo Joh. Kaleoni*, italice vero *Venetiis 1627 ap. Dom. Petr., Aloys., et Laur. Bragadinos*. Annum hunc exprimunt reliquae partes, exceptis prioribus Prophetis, qui habent 1628.

31 *Biblia Amstelodamensia* Menasse ben Israel sine punct. 4. min. 1630.

Impressa in domo Menassè ben Joseph ben Israel summaque diligentia ab eo correcta an. 5390 Amstelodami ex mand. Henr. Laurentii, ut habet titulus, et absoluta *feria v adar an. 391*, ut leg. ad calcem. Unica in servanda lect. Samar. et LXX Gen. XXV 4.

32 *Biblia Veneta* Vendramina 12. 8 vol. an. 1635.

In domo Joh. Kaleoni, et ex mandato Joh. Vendramini an. 495. Proph. prior. ac poster. exhibent an. 393, titul. Agiogr. 394. Extat hisp. expositio vocum difficiliorum, non germanica, ut mendose habet titulus. V. de ea *Append.* meam *ad Biblioth. Le Longio-Masch.* p. 53.

33 *Biblia Veneta* Lombrosi 4. 2 vol. 1639.

Idest cum Lombrosi Com. grammatico ac critico, in quo auctor Kimchii et masorae auctoritatem sequitur. In fronte dicuntur impressa *an. 399 min. supp. ex mand. curatoris Joh. Vendramini in domo Joh. Martinelli artificis*. Editio judaeis aestimatissima et inventu difficillima. Sed editiones omnes Venetae hebr. Bibl. sec. XVI, XVII, et sub init. XVIII curatae rariores sunt. Recentissimae ipsae omnes distractae.

34 *Biblia Veneta* cum Com. Jarchì 4. 1647.

Annum hunc exhibet Pent., Prophetae prior., et Agiogr. an. 1649, Proph. post. 1655. *Ex mand. Bragadinorum et apud Ant. Kaleoni*, ut legitur in titulo.

35 *Biblia Polyglotta Londinensia* Waltoni cum Castelli Lexico fol. 8 vol. 1657.

Ex hisce Bibliis, quae ceteris Polyglottis locupletiora sunt et usui aptiora, antiquarum versionum lectiones eruimus, collatis ubi opus est, V. L. tomo VI impressis aliisque codicibus sive mss., sive editis, saepeque emendatis mendosis latinis interpretationibus. Nota quod numeratio capitum ac versuum discrepat interdum a Bibliis Hoogtianis, quibus in collatione utimur, aliisque Heb. Bibliorum editionibus.

36 *Biblia Nisselii* 8. *Leidae* 1662.

Singularis, sed mendosa editio sat a Michaelis, Hufnagelio, Tychsenio, Maschio illustrata. Unica sine mss. Exod. XIV 25.

37 *Biblia Amstel.* Athiae 8. 1667.

Summam celebritatem nactae sunt Athianae editiones, ex quibus posterior haec priori an. 1661 anteponenda. Ob sing. operis praestantiam ac diligentiam editor a Belgii proceribus aurea catena ac numismate donatus est.

38 *Biblia Clodii* 8. *Francof. ad Moen.* 1677.

Prima ex Clodianis, in qua instituta ceterarum editionum collatione Athiana ipsa in multis emendatur.

39 *Biblia Jablonskii* 4. 2 vol. *Berolini* 1699.

Optimis et accuratioribus editionibus, praestantioribus etiam ac rar. annumeranda. Margo in exemplari, quod possideo, amplissimus.

40 *Biblia Amstelod.* Maresii sine punctis 8. 1701.

41 *Biblia Vander Hoogt.* 8. 4 vol. *Amstelod.* 1705.

Hoogtianarum princeps, perrara, atque omnium accuratissima editio, qua plerique critici, Houbigantius praesertim ac Kennicottus in instituendis collationibus usi sunt, nosque ipsi in hac nostra utimur. Habet tamen sua menda a Tychsenio aliisque observata. Nonnulla sustulit Kennicott. De aliis ab eo non sublatis peculiari Dissert. agit Brunsius in *Repertorio Orient.* T. XII p. 225, ubi tamen nonnulla producuntur, quae vel vitia non sunt editionum, vel saltem hujus editionis. Sic מפינו Gen. XLIII 8, quod multi mss. codices aliaeque editiones legunt. Gravius mendum irrepsit Jerem. XXXVII 21, ubi deficit מן.

42 *Biblia Torresii* 12. 4 vol. *Amstelod.* 1705.

Editio quae ob correctionem maximi fit a Judaeis.

43 *Biblia Opitii* 4. majori *Kilonii* 1709.

Accuratissima summo jure a Le Longio habita, 30 annorum studio optimisque collatis edit. curata.

44 *Biblia Jablonskii* 12. 2 vol. *Berolini* 1711, 1712, sed sub tit. recuso 1762.

45 *Biblia Maii* 8. maj. *Francof. ad M.* 1712.

Sunt Clodiana ipsa, sed a Majo recognita et an. 1692 edita, etsi nonnulla exemplaria, ex quibus hoc meum est, novum titulum praeseferant et an. 1712.

46 *Biblia Maii* et *Burcklini* 4. *Francof. ad M.* 1716.

Clodianis anteponenda, non modo diligentia, et accuratione, sed et nova quae hic accedit, mss. editorumque codicum collatione.

47 *Biblia Michaelis* cum var. lect. ac notis fol. 2 vol. *Halae Magdeb.* 1720.

Ob summum cel. editoris studium ac diligentiam, adhibitosque novos sacrae criticae fontes, 5 Erfurtenses codices, variasque optimae notae editiones, maximi a criticis facta est haec editio, magnoque plausu excepta. Alia exempl. habent formam in 4. et 8., sed unica est editio. Operis oeconomiam habes in Praef. et apud Masch. p. 53.

48 *Biblia Proopsii* 8. maj. *Amstelod.* 1725.

Optimis et correctis editionibus annumeranda, etsi sua habeat menda. V. *Append. ad Biblioth. Le Long. Masch.* p. 59. Discrepat ab Hoogtiana, et sing. est Deut. XIV 7 in lect. ממעלה, quam habet Sam. T., nonnulli codices, et Pentat. Neap. 1491.

49 *Biblia Ven.* Bragad. 4. 1730.

Cum ital. expos. vocum difficil., praef. Salom. Altaras, Comp. grammaticae et tabula praeceptorum, opera fratrum Menachem et Biniamin fil. Aaron Poloni.

50 *Biblia Norzii*, seu cum critico ejus Commentario 4. 2 vol. *Mantuae* 1742.

Ex typographia medici Raphaelis de Italia, correctore R. Raphael Chaiim Basila, et impressore Josua fil. Michaelis Mesizzi. Biblia haec,

quae a judaeis a tit. Commentarii dici solent מנחת ש׳ *Minchad scai*, singularis in re critica pretii et usus sunt, tum ob notas, in quibus plures mss. editique codices conferuntur, tum ob emendationes ad eorum fidem in textum receptas. Parum accurate Brunsius horum Bibliorum editorem appellat Norzium, qui centum et amplius ante annos fato functus fuerat. De cel. hoc critico confer. quae diximus in *Proleg.* §. XXXVII, XXXVIII. Adde in inedita praef. eum singularem ritum hispan. synagogarum referre recitandi quovis sabbatho post Bibl. sectionem versum 38 Psal. LXXVIII לכפר על שגגת הטעיות במקרא *ad expiandos errores in sacro textu*, vel ejus lectione *inadvertenter commissos*. Editor Basila ad calcem voluminum V. L. variarum editionum in 900 locis collegit, et sub examen vocavit, de quibus V. cl. Dresde *Programma* 4. Vitebergae 1774.

51 *Biblia Forsteri* sine punctis 4. 2 vol. *Oxonii* 1750.

52 *Biblia Simonis* 8. 2 vol. *Halae Magdeb.* 1752, vel juxta tit. mei exempl. prostantia *Amstelod.* 1753.

53 *Biblia Reinecii* 8. 2 vol. *Lipsiae* 1756.

54 *Biblia Veneta* Brag. et Vendramina 8. 2 vol. 1766.

Per filios Foà. Illud singulare, quod in hisce Bibliis ineleganti ac detrito charactere excusis, et in Pent. Ven. 1777 ex iis, ut videtur, deprompto, Deut. XXXIII 15 restituta est lectio מהנך textui conformior, quam multi mss. codices, Samar. T., Syrus, Chald., Arabs servant, ex editionibus vero solus Pentat. antiquus memb. in 4.

55 *Biblia Kennicotti* sine punctis cum var. lect. Sam. T. et heb. codicum fol. max. 2 vol. *Oxonii* 1766, 1780.

In splendidissima hac editione exhibetur collatio sive in integrum, sive in selectis locis fere 700 mss. editorumque codicum in variis Europae partibus servatorum, quorum elenchum, omissis mss. cod. qui in meas manus devenerunt, editionibus, libris sacrae criticae aliisve sacrum textum non complectentibus, supra dedimus perpetuo suppletum et emendatum. Insignissimum opus summi laboris, praestantiae, usus, majoris futurum, si manifesta, quibus scatet, amanuensium menda, lectionesque nullius momenti fuissent eliminatae, antiquae iis versiones substitutae, numeri ac fontes distincti, graviores lect. paullulum illustratae.

56 *Biblia* cum Comm. 8. 2 vol. *Liburni* 1780.

Litteris Amstelod. ex typograph. R. Abr. Castelli et Eliezer Saadon sociorum, cum duplici Comm. Jechielis Illel, et correcta ad fid. Minchad scai, ut legitur in titulo. Editi Prophetae omnes et Agiogr., seu partes omnes praeter Pent. et Megh. Coepta sunt an. 1780 et an. sequentibus continuata, unde var. volumina praefixum habent an. 1781, 1782.

57 *Biblia Pisana* 8. 2 vol. 1781.

Per Gad fil. Sam. Foà. Pent. exhibet an. 541, seu 1781, Prophetae priores 526, Ch. 1766, et dicuntur Venetiis impressi. Sed hic titulus irrepsit ex typogr. oscitantia, qui typis describens edit. Venetam illius anni eundem titulum retinuit. Nam utraque editio diversa est, etiam quoad lectiones textus, ut patet vel ex ipso postr. voc. lib. II Regum. Proph. poster. excusi sunt Pisis an. 540, Chr. 1780, Agiogr. Venetiis an. 539, Ch. 1779 in Typogr. Bragadina, ubi Foà primum typographum agebat.

58 *Pentat. Bononiensis* cum Targ. et Com. Jarchì fol. 1482 membr.

Per Abr. ben Chaiim Pisaurensem an. 242. De principe hac ac celeb. Pent. editione ad mas. exemplar expressa pluribus actum a me *De Hebr. typogr. orig.* pag. 16. Conf. Fabr. *Titres prim.* T. II p. 388, Masch. p. 122, Tychs. *Repert. Or.* P. VI p. 65, Kenn. *Diss. gen.* ed. 8. p. 437.

59 *Pent. Sorae* sine pun. cum Targ. et Com. Jarchì fol. 1490.

Obsignatus mense av an. 250 באישאר editore Salom. f. Maimon Zalmathi. Bononiensi et Ulyssip. rarior, majorisque in re critica usus. V. *De Heb. typogr. orig.* p. 36. Unicus Exodi VIII 9, Deut. XXVIII 20, fere unic. Gen. XXIX 32, Num. VI 21.

60 *Pent. Ulyssiponensis* cum Targ. et Comm. Jarchì 4. 2 vol. 1491 membr.

Finitus Ulyssip. mense av an. 251. Editio merito *elaboratissima ac rarissima* a Le Longio appellata, maximaeque apud judaeos existimationis. *Editio Lusitana est omnibus editionibus accuratior*, inquit Lonzanus *Or torà* f. 23. V. de ea *De Hebr. typogr. orig.* pag. 45.

61 *Pent. Neapol.* cum Com. Jarchì, Meghill. Apht. et Vol. Antioc. fol. min. 1491 memb.

An. 251 per Soncinates. Extremae raritatis. V. *Append. ad Biblioth. Le Longio-Masch.* pag. 28, et *App. heb. bibl.* p. 52. Unic. Deut. XXXI 13.

62 *Pentat. Brixiensis* cum Megh. et Apht. 8. 1492 memb.

Per Gersom fil. Mosis Soncin. an. 252. Summae raritatis, cujus unicum hucusque Durlacense notum erat chartaceum exemplar. De eo Masch. p. 67, *Append.* mea p. 28, et *App. heb. bibl.* p. 53. Unic. Gen. V 29.

63 *Pent. Brixiensis* cum Meghill. et Apht. 8. 1494.

Per eund. Gerson. Soncin. anno 254. V. *De Hebr. typogr. orig.* pag. 52, Fabricy *Titres prim.* T. II pag. 391, Masch. c. l. Editio summae et ipsa raritatis, unica Gen. I 26.

64 *Pent. antiquus* cum Targ. et Com. Jarchì fol. 2 vol. sine anno et loco memb.

Splendidssima et ign. editio, cujus unicum hoc meum notum est exemplar. V. de ea *Specim. pont. cod.* pag. 80, et *De ignot. ant. edit.* p. 14. Unica Gen. XLIX 13, Deut. XXVI 7, XXVIII 29.

65 *Pent. antiq.* sine punctis cum Megh. Apht. 4. sine anno et loco memb.

Sing. raritatis olimque incognita editio, quam fuse describimus *De Hebr. typogr. orig.* p. 67. Est *Tikon sopherim*, quod multas pretiosas V. L. suppeditat. Unic. Gen. XI 10, XIX 5, XXII 22, XXIII 6, XLI 53, Exod. XII 28, XXXV 12, Num. XIV 22, XXIX 19, XXXV 5.

66 *Pent. antiq. german.* cum Megh. Apht. fol. ignotae edit.

Charactere exaratus germanico, et editus, ut videtur, sub in. sec. XVI. V. *De ignot. edit.* p. 23. Exemplar sub in. ac fin. mutil.

67 *Pent. antiquae ignotae editionis* Fragm. 8.

Continet tria cap. Genes. XXIX, XXX, XXXI. V. *De ign. edit.* p. 11.

68 *Pent. antiqui* Fragm. 16. sine punctis in. sec. XVI.

Charact. rabb. et cum Targ. ms. ad marg. Videtur edit. CPolit. vel Thessal. Complectitur Gen. XXXIV, XXXV, XXXVI, XXXVII, XLIX, Exod. XVII, XVIII. V. *App. heb. bibl.* p. 59.

69 *Pentat. CPolitanus* cum Targ. Megh. Apht. Com. Jarchì Vol. Antiochi 4. maj. an. 1505.

Impressus mense nisan anno 5265. V. *De ignot. ant. edit.* pag. 16, et Masch. pag. 23, cui illius notitiam dederam. Hunc meum Pent. perperam conjicit Brunsius *Annal. Helmst.* 1782 *Jul.* p. 541 diversum esse a Kennic. num. 557. Nomina a me allata occurrunt in alia epigr. ab eo praetermissa, et primus ex 2 promotoribus est in ea R. ישועה *Jescua*, non *Isaias*. Mantuanum autem exemplar diu apud me habui et contuli, et ex eo V. L. Aphtar. olim ad Kenn. transmisi.

70 *Pent. Thess.* cum Targ. Com. Jarchì ac Nachm. fol. 1516.

Fuitque finis ejus die I caslev anno 5276. Fere unicum quod prostat exemplar. V. Masch. p. 121 et *Append.* meam p. 34. Unic. Gen. III 7, ac fere unic. Num. XV 12.

71 *Pent. CPol.* cum Megh. Apht. ac var. Com. fol. max. 1522.

Absolutus anno 282 mense sivan. Exemplar et ipsum fere unic. ignotae rarissimaeque editionis, quam

ex meis litteris describit Maschius p. 119. Conf. *De ign. ant. edit.* p. 19.

72 *Pent. Venetus* cum Targ. Megh. Apht. ac var. Com. fol. 1524.

En titulum rariss. libri: *Pentat. cum Targ. Com. Jarchì et Chazechuni, v Megh. cum Com. Jarchì et Aben Esrae, et Aphtaroth. Impressa sunt magno studio ac dilig. per Dan. Bomberg. an. 284 min. supput. hic Venetiis.*

73 *Pent. Venetus* cum Megh. Apht. et Targ. 8. 1527.

Targ. pag. alternis. *Excusus opera Corn. filii Baruch Adelkind anno 287 in domo Dan. Bombergii.*

74 *Pent. CPol.* heb. chal. arab. pers. cum Com. Jarchì fol. 1546.

Ad calcem Gen.: *Absol. est liber Gen. in domo minimi typogr. Eliezeris fil. R. Gersom Soncinatis.* In fin. Deut.: *Completum opus die xvI scebat anno 5306.*

75 *Pent. CPol.* heb. chald. hisp. graeco-barb. cum Com. Jarchì fol. 1547.

In titulo: *Fuitque initium libri hujus in. mensis tamuz anno M. 5307 hic CPoli in domo minimi typ. Eliezer fil. Gersom Sontzin.* Ad calcem: *Benedictus qui dat fesso virtutem Joseph Coèn fil. R. Isaaci Coèn, Avigador fil. R. Eliezer Tzarith Germani.* Sat nota utriusque CPol. Pent. Polyglotti summa raritas. V. de iis Le Long. ac Masch. suo loco, et cl. Adler *Iter Roman.* p. 221. Utriusque editionis textus discrepat.

76 *Pent. Venetus* cum brev. Com. 4. min. 1547.

Anno 307 min. supp. mense scebat in offic. D. Marci Antonii Justiniani. Elegans ac rarior editio quae in multis locis a masora recedit. Ad calc. compactae sunt in meo exempl. Megh. ex alia edit. Ven. sec. xvI.

77 *Pent. Ven.* cum Megh. Apht. 4. 1548.

In domo Dan. Bombergii an. 308 min. supput. Ad calcem leg. nomen Corn. Adelkind. Exemplar excus. charta caerulea.

78 *Pent. Ven.* cum Megh. Apht. 8. 1548, sive potius 1543.

In domo Dan. Bomberg. anno השׁ״ג לפ״ק *308 min. supput.* Sed mihi videtur inadvertenter min. supputatio pro majori adhibita, legendusque an. 5303, Ch. 1543. Nam ad calc. dicuntur *absolutae Apht. mense caslev an. 304 min. supp. opera Corn. Adelkind.* Et sub fin. precis quae subjicitur, dicendae ante Apht. repetitur an. 304. Praeterea eundem puto hunc Pent. cum eo anni 1544, quem p. 71 producit Maschius cum novo titulo et aera christiana a Bombergo apposita. Praecedit Adelkindii praefatio, ac reliqua cohaerent. Unica edit., quae Deut. xv 10 leg. ידיך.

79 *Pentat. Ven.* heb. lat. cum v Megh. 4. 1551.

Ex offic. Justinianea adject. Annotationibus e Rabb. Commentariis.

80 *Pent. Ferrar.* sine punct. cum Megh. Apht. 4. 1555.

Absol. mense marchesvan an. 315 min. supp. in domo R. Abr. Usque. Est *Tikon sopherim* ex publ. ms. synag. Volumine hisp. editum ac perrarum, cujus descriptionem selectasque V. L. dedi *De Typ. hebr. Ferrar.* p. 46.

81 *Pent. Sabionetae* sine punctis 16. absque anno.

Circa an. 1553, 1555. *Tikon sopherim*, seu typus conscribendorum Volum. editus opera Cornel. Adelkind in domo Tobiae Foà.

82 *Pent. Sabion.* cum Targ. pag. alternis Megh. Aphtar. 12. 1557 memb.

In domo Tob. Foà anno 317. Ad calcem: *Absol. mense marchesvan anno 318.*

83 *Pent. Sabion.* cum Megh. Apht. 12. 1558 memb.

De 3 hisce Pent. rarioris commatis V. meos *Annal. heb. typogr. Sabion.* pag. 22, 26, 30.

84 *Pent. Ven.* cum Targ. Megh. Apht. 12. 1567.

Ex mandato Joh. de Gara litter. Bombergianis per Joseph Chazan anno 327, ut in fronte. Editio Le Longio, Wolf., Maschio ignota, qui solam edit. in 4. hujus anni cum Com. Jarchì memorant.

85 *Pent. Ven.* sine punctis cum Megh. Apht. 16. 1574.
Typis rabb. *Tikon sopher.* Exemplar caret titulo, videturque ad ed. hanc certo referendum.

86 *Pent. Ven.* rabb. sine punc. cum Megh. et Apht. 24. 1588.
Tikon sopher. Ad calcem Meghill. et Apht. legitur an. 1589, quem sequuntur Wolf. ac Maschius. V. *Append.* meam p. 49.

87 *Pent. Mantuanus* cum Megh. Apht. Targ. Comm. Jarchì 12. maj. an. 1589.
Sub fin. legitur an. 350, Ch. 1590. V. cit. *Append.* p. 49.

88 *Pent. Ven.* cum Targ. Megh. Apht. 12. an. 1597.
Bombergianis typis ex mandato Joh. Bragadini in domo Jo. de Gara anno 357, ut habetur in fronte. Ad calcem dicitur *Absolutus die vI tisri an. 358*, Ch. 1598.

89 *Pent. Ven.* cum Targ. Megh. Apht. 8. 1606 Joh. de Gara.

90 *Pent. Ven.* cum Megh. Apht. 8. 1606.
Typis Bomberg. in domo Joh. de Gara an. 366, ut in fronte. Editio a Le Longio, Wolf., Maschio praetermissa.

91 *Pent. Amstelod.* cum Meghill. Apht. 12. 1697.
An. 457 min. supput. ex typogr. et in domo Gasparis שמעון *ex mandato Antonii* ejusd. cognominis. Editio et ipsa a Maschio aliisque bibliographis omissa.

92 *Pent. Amstelod.* cum Meghill. Apht. 12. Sal. Proops 1712.

93 *Pent. Dyrenfurthi* cum Megh. Apht. Targ. Comm. Jarchì 8. 1729.
An. 489 ex typogr. Issachar Nahr opera Scabtaei poetae Pragensis. Editio Maschio aliisque bibliogr. ignota, quae aliquando cum antiquis edit. conspirat.

94 *Pent. Ven.* cum Megh. Apht. 4. an. 501, Ch. 1741.

95 *Pent. Mantuan.* cum Meghill. Apht. 4. 1742.
Juxta recensionem Norzii in domo doctoris Raphaelis de Italia. V. *Append. Bibl. Masch.* p. 63.

96 *Pent. Ven.* cum Apht. 16. 5 vol. 1755.
An. 515 ex typogr. Bragad. opera Gad f. Sam. Foà. V. cit. *App.* p. 66.

97 *Pent. Ven.* cum Targ. Megh. Apht. Com. Jarchì 4. 1776.
Ex typ. Bragad. et ex mand. Gad fil. Sam. Foà.

98 *Pent. Ven.* cum Megh. Apht. 8. Bragad. 1777.

99 *Pent. Pisan.* cum Megh. Apht. 8. Gad fil. Sam. Foà 1781.

100 *Pent.* cum vers. judaeo-germ. Mendelsonii, Tikon sopherim et Comm. 8. *Berolini* 1781.

101 *Pent. Mantuanus* 8. 1783.
Ex typogr. doctoris de Italia.

102 *Pent.* Sectiones var. 8. sec. xvI.

103 *Genesis* 4. *Paris.* Wechel 1535.

104 *Genesis* cum Apht. huj. libri 4. *Flor.* 1754.

105 *Exodus* 4. *Paris.* Wechel. 1536.

106 *Lev.* et *Ezech.* cap. var. in Rodephè tzedek 8. *Mant.* 1662.

107 *Deuter.* et integrum *Psalter.* 8. *Ven.* 1756.
Cum prec. sub tit. *Seder atikon ex typ. Brag. per Menach. Polacco.*

108 *Prophetae priores poster.* et *Agiogr.* cum Com. Jarchì et expos. judaeo-germ. R. Jac. f. Isaaci sub tit. *Amaghid* 4. 4 vol. *Sulsbaci* 1769.

109 *Prophetae priores* cum Comm. Kimchi fol. *Soncini* 1486.
Primaria editio ac lucul. V. L. fons. V. *De Heb. typ. orig.* p. 24. *Fuitque finis ejus an. M. 5246 die vI marchesvan*, ut legitur ad calcem in fusa epigr. typographi Soncinatis.

IV 8 אל הבל אחיו *ad Abel fratrem suum* — אל הבל אחיו נלכה השדה *ad Abel fratrem suum, exeamus in agrum*. Celeberrimum additamentum, quod legitur in Sam. T., Lxx, Vulgato, Syro, ac binis Chaldaicis paraphrasibus, Jonathanis, ac Hierosolymitana, sed quod nullus judaicorum codicum, qui hucusque noti ac collati sunt, servat. Extant tamen multi codices sive mss., sive editi, qui hic exhibent *piskà*, seu lacunam, hiatum, vacuum spatium, alii minus, alii Hoogtiano majus, duorum vel etiam plurium vocabulorum. Ad hos postremos referendi ex Kenn. 150, 158, 177, 186, 522, 581, 583, 598, ex meis 240, 716, 721, 754, 782; ex editionibus vero Biblia Veneta sexdecim annor. 1518, 1526, 1528, 1533, 1544, 1549, 1551, 1566, 1569, 1570, 1613, 1615, 1627, 1635, 1639, 1647, Biblia Munsteri 1534, 1536, Rob. Stephani 16. 1544, Antwerp. Plant. 8. 1566, Plant. 1573, Bibl. quadril. Wolderi, Biblia Genev. 16. 1618, Rabb. Buxtorf. 1618, Hartman. 1595, Lugd. B. 1610, Amstel. 1639, Polyglotta Antwerp. et Parisiensia, Biblia Clodii 1677, et Maii 1712. Pentateuchi Veneti, 1524 fol., 1527 in 8., 1547 in 4., 1548 in 4., 1548 in 8., Heb.-lat. 1551, Ferrar. 1555, Sabion. 1557, Sabion. 1558, Ven. 8. 1567, Mantuan. 1589, Ven. 8. 1597, Ven. cum Targ. 8. 1606, Ven. alter sine Targ. 1606, Amstel. 1632, Ven. 12. 1755. Ac Sam. T. lectionem praeferunt Morinus, Houbigantius, Less *De cura T. Heb.* pag. 42, auctor *Des nouv. Eclairciss. sur le Pent. Sam.* pag. 176, Kennic. *Dissert.* I pag. 332, Du Contant *Essai sur l'Ecrit. S.* pag. 184, Branca *De Vulg. auctor.* pag. 558, eamque in hebr. olim codicibus extitisse defendit Starckius *David. Carm.* T. 1 p. 210. Sunt etiam ex Judaeorum interpretibus, qui verba illa supplent et subintelligunt: ויש אומ' כי אמ' לו נצא השדה *Sunt qui dicunt, quod dixerit ei, exeamus in agrum*, inquit R. Immanuel in inedito suo *Comm.* in h. l. apud me extante. Contra Hebraici textus integritatem tuentur critici quamplures, Hieronymus, Hottingerus *Thes. philol.* p. 147, et *Exercit. antimorin.* p. 83, Simon. *Lettres chois.* T. IV pag. 194, Klemmius *Vindic. locorum Pent.* pag. 6, Teller. *de Judic. super var. lect.* pag. 46, Schiede *Biga observ. sacr.* pag. 155, Fabricy *Titres prim.* T. II pag. 397, Lilienth. *Comm. crit. cod. Regiom.* pag. 102. Confer. etiam Calovius, Glassius, Pfeif-

ferus, et Waltherus apud Wolf. *Bibl. hebr.* T. II pag. 13. Ex antiquis interpretibus verosimilius Aquilam non exhibuisse haec vocabula defendit Scharfenbergius *Animadv. ad fragm. Graec. vers.* p. 4, et in antiquo graeco scholio ex Cyrillo habetur *apud neminem ex ceteris interpretibus* (praeter Lxx) *posita esse verba Cain ad Abel*, *et ex Hebraeorum sententia ea in apocrypho esse*. Quod idem repetit scholion alterum ex Origene petitum apud Montfauconium, apocryphi nomine forte Samar. ipsum textum auctoribus illis intelligentibus. Hinc in utroque ms. exemplari Arabico ex graeco converso Bibliothecae Oxoniensis origenianis notis insignito verba haec obelo notantur, ut testatur Junius *Annot.* in h. l. Quod vero ad lacunam hebr. codicum attinet, plerique codices mss. et editi ea destituuntur. Ex Kenn. mss. centum octoginta quatuor, tribus demtis, qui in meam potestatem devenerunt, nullum hic spatium sistunt, quibus septuaginta et unus ex meis accensendi sunt; videlicet 3, 4, 5, 6, 7, 8, 11, 12, 13, 14, 15, 17, 18, 174, 185, 187, 196, 197, 219, 223, 230, 233, 257, 262, 264, 266, 274, 293, 296, 304, 319, 346, 404, 410, 412, 413, 414, 444, 449, 450, 467, 475, 500, 507, 518, 529, 532, 535, 539, 543, 549, 562, 576, 579, 604, 606, 611, 661, 668, 669, 674, 683, 688, 695, 720, 745, 766, 782, 783, 789, 825. Accedit ex exteris 103. Codicem meum 782 male inter codices qui spatium Hoogtiano amplius sistunt sub num. 409 Kennicottus produxerat. Ex editionibus quadraginta quinque afferimus lacuna destitutas, in quibus antiquiores omnes, Bibl. Sonc. 1488, Brix. 1494, antiqua sine anno et loco, Complut. 1517, Munsteri 1546, Amstel. 1630, 1667, Jablons. 1699, 1712, Torresii 1705, Opitii 1709, Maii 1716, Michaelis 1720, Proopsii 1725, Reinecii 1739, et 1756, Veneta 1739, apposito signo *piskà*, sed ad marg. reprobata, Zullich. 1741, Norzii 1742, Vienn. 1743, Ven. 1766, Pisana 1782, Pentateuch. Bonon. 1482, Sorae 1490, Ulyssip. 1491, Neapol. 1491, Brix. 1492, Brix. alter. 1494, Antiquum in fol. sine anno et loco, Antiquum sine punctis in 4. sine anno et loco, Constantinopol. 1505, Thessal. 1516, Constantinopol. 1522, 1546, 1547, Sabion. sine punctis 16., Venetos duos sine punct. 1574, et 1588, Amstelodamenses duos an. 1712, 1726, Dyrenfurth. 8. 1728, sed apposito circello, Pent. Mantuan. 4. 1742, et Mantuan. alios 1783 in 8., et in 4., Pent. Amstel. 8. 1751, Genes. 4. Flor. 1754. Ad haec Lonzanus, gravissimus Judaeorum criticus, in *Or Torà* hujus loci lacunam damnat, merumque esse definit scribarum errorem, quem sequitur Norzius, observans in accuratioribus codicibus, et in publicis synagogarum voluminibus illam desiderari. Verbum autem אמר *dicere* habere interdum significationem loquendi constat ex Exodi XIX 25. *Descenditque Moses ad populum*, *dixitque ad eum*, quin subjiciatur quid dixerit. Recte Vulgatus: *omnia nunciavit eis*. Hinc cod. meus 407 ex prima manu loco ויאמר *dixitque* legebat וידבר *et locutus est*. latinusque Tawosi interpres, quamvis

persicum verbum dicendi vim habeat, aptiorem alteram loquendi substituit.

IV 11. מידך *de manu tua* — מידך *de manibus tuis*, cod. Kennic. 136, meus 661, uterque ex prima manu, quibus adstipulatur Syrus, et Pentateuchus Graecus inedit. D. Marci, vertens πρὸς ταῖν σαῖν χεροῖν, ut alibi animadvertimus. Plur. lectionem sequitur etiam Coptus ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲉⲕϫⲓϫ.

IV 17 כשם *sicut nomen*, vel *secundum nomen* — בשם *nomine*. Ex Kenn. codicibus bini solum, iique dubii et incerti 80, et 132 in lectionis hujus praesidium producuntur. Ego autem ex meis, qui certe eam confirmant, profero 4, 174, 262, 340, 549, 699, primo 13, 266, 293. Non aliter mihi videtur legere cod. 196, et ante correctionem legisse 223. Consentiunt Biblia Sonc. 1488, Lxx. Chaldaeus codicis mei 543, et ex prima manu 230, 266, Syrus, Vulgatus, Arabs, Pent. ineditus hellenist. Venetus, qui vertit ἐν ὀνόματι. V. *Specim. pont. cod.* pag. 83, ubi monuimus corrigendam hic latinam interpretationem Syriaci ac Samar. textus, quae in Polyglottis extat.

IV 25 ותקרא *et vocavit illa*, seu Heva — ויקרא *et vocavit ille*, seu Adam, Kenn. cod. 176, et Sam. T., uno excepto cod. 64. Infra V 3 dicitur ויקרא, seu Adam vocasse nomen filii sui Seth, unde forte Samar., ut bina loca conciliaret, et alterum alteri conformem redderet, masculinum genus in priori loco restituit.

V 2 ויברך אתם *et benedixit eos* — ויברך אתם אלהים *et benedixit eos Deus*, cod. Kenn. 389 A, cod. meus 789 primo, et Syrus.

V 3 בדמותו *in similitudine sua* — כדמותו *juxta similitudinem suam*, cod. Kenn. 227, meus 766, Lxx, et Targ. ejusdem cod. mei 766.

Ibid. כצלמו *secundum imaginem suam* — בצלמו *in imagine sua*. Ita mss. Kenn. 5, 9, 11, 75, 80, 101, 109, 111, 132, 155, 166, 223, 227, 251, forte 110, 140, mss. mei 8, 13, 15, 17, 174, 230, 250, 271, 274, 296, 410, 444, 475, 507, 543, 549, 554, 606, 699, 825, primo 12, 223, 266, 464, 766. Inter dubios refero 529, 611, 688. Accedunt ex exteris a me collatis 29, 60, 66, ac prima manu 56, qui exhibet volumen legis, et 103. 57 notat ad marg. alios codices legere בצלמו *in imagine sua*. Ex editis lectionem hanc praeseferunt Biblia Brix. 1494, Rabb. Veneta 1549, Veneta 4. 1570, Plantiniana 1571, Antwerpiensia sine punctis 1573, Rabb. Veneta 1617, Rabb. Basil. 1618, Polyglotta Antwerpiensia, Coloniensia Hutteri, Amstelod. sine punctis 1630, Polyglotta Londin. 1657, Nisseliana 1662, Viennensia Hebr.-Lat. 1743, Pent. Bonon. 1482, Brixiensis 1494, Venetus 1548 in 4., Ven. 1548 in 8., Hannov. cum 3 Targ. 1614, Ven. cum Targ. 4. 1776. Sed Bonon. Pentateuchi dissident hic exempla. Ex duobus meis exemplaribus alterum, quod retineo, legit cum *Beth in*, alterum, quod aliorum votis nuper concessi, cum *Caph secundum*. Biblia Zullich. Michaelis 1741 asteriscum exhibent super *Caph* ad indigitandam variam hanc exemplarium lectionem. Consonant ex antiquis interpretibus Vulgatus, Arabs communis in utroque textu Parisiensi ac Constanti-

nopolitano, cujus proinde interpretatio latina hic mendosa in Polyglottis, Arabs Hebraeo-mauritanus, Chaldaeus codic. mei 1 r ante correctionem, inedita versio Graeca Veneta, quae habet ἐν εἰκόνι οἱ pro ἀυτοῦ. Nec aliter in eorum Commentariis textum hunc legunt, ac producunt Nachmanides, Aben Esra, Abarbanel, Aben Melech, Rekanati in codic. meo 271, bis R. Immanuel in ined. meo cod. 404, auctor Comm. inediti codicis mei 81; non aliter denique Kimchius in libro Radicum ad hoc verbum in triplici antiqua editione, primaria sine anno et loco, Neapol. 1491, Constantinopolit. 1513, et in mss. nonnullis codicibus. Masorethae tamen ac Judaeorum critici Todrosius, Lonzanus, Norzius alteram lectionem anteponunt.

Id. כצלמו *secundum imaginem suam* — ובצלמו *et ad imaginem suam*. Sic cod. meus 230 praefixa copula, quam aperte exprimunt Lxx, et Vulgatus, cuique etiam favet contextus analogia. Ex Kenn. codicibus nullus huic lectioni suffragatur praeter 109, qui transpositis vocabulis legebat ex prima manu בצלמו ובדמותו *ad imaginem suam et ad similitudinem suam*.

V 18 ומאת שנה *et centum annos*, desunt in Kenn. 157, seu Casselano, et Sam. Textu. Nescio quo jure Jaksonius in *Chronological Antiquities* lectionem hanc orientalibus Judaeis tribuat, ut monet Michaelis *Append. ad P. XII Bibl. Or.* pag. 27.

V 23 ויהי *et fuit* — ויהיו *et fuerunt*, Kenn. codices 69, 155, 176, 189, 199, 247, 325 A, 335, 382, 514, 529, 536, 544, 562, 569, 597, 631, 643, primo 125, 128, 152, 229, 324, 325, 522, 527, 540, 548, 550, 600, 642, mei 17, 264, primo 187, 529, ex exteris meae collationis 37, quibus adstipulantur Sam. T. ac versiones omnes antiquae contextus analogiam secutae. Quinque Kenn. codices, videlicet 529, 540, 544, 548, 550, iterum in h. l. collati, ita reapse legere reperti sunt, sed omnes ex prima manu, etiam 529, et 544, qui inter inemendatos codices referuntur.

V 25 ומאת שנה *et centum annos* desunt in Samar. T., in Kenn. codicibus 101, 176, in meo 529 primo.

V 29 ממעשנו *ab opere nostro* — ממעשינו *ab operibus nostris*, Kenn. codices 9, 17, 18, 69, 80, 99, 109, 111, 125, 132, 155, 158, 166, 178, 190, 193, 196, 225, 226, 228, ex meis 5, 6, 13, 14, 17, 230, 262, 266, 274, 443, 444, 450, 464, 507, 543, 606, 611, 668, 669, 688, 699, 716, 766, primo 12, 196, 223, 789, Biblia Sonc. 1488, Samar. T., uno excepto cod. 61, Lxx, Syrus, Vulg., Arabs uterque, communis, et Mauritanus, et Persica Tawosi translatio. R. Immanuel in inedito suo Comm. bis in plurali vocabulum hoc exponit: *Quod ipse consolaturus esset eos ab operibus eorum*, et in codice descripto ex Illeliano haberi hic discrepantiam, seu plur. numerum notat ad h. l. Norzius, subdens in codicibus, qui sibi praesto erant, controversam dictionem defective legi, seu sine *jod*, et ita scripsisse R. Meir Todros.

Ibid. ומעצבון ידינו *et a dolore manuum nostrarum* — ומעצבון ידנו *et a dolore manus nostrae*, codices Kenn. 152,

244, ex ext. meae collationis 1, et Pent. Brix. 1492, reluctantibus versionibus omnibus antiquis.

V 31 ויהי *Et fuit* — ויהיו *Et fuerunt*, Kennic. codices 18, 69, 155, 199, 367, 368, 369, 387, 476, 486, 569, primo 157, 185, 186, 320, 356, 527, 529, ex meis primo 384, 404, 500, 688, Sam. T., et analogia contextus, quam sequuntur antiquae omnes versiones.

V 32 ויהי נח בן חמש מאות שנה *Et fuit Noe filius quingentorum annorum* — ויחי נח חמש מאות שנה *Vixitque Noe quingentos annos*, cod. meus 18, qui tamen, non emendata varia lectione verbi, vocabulum בן *filius* exhibet ad marginem restitutum. ויחי pro ויהי, seu *vixit* pro *fuit* legunt quoque bini codices Kenn. 5, 225, haecque eadem phrasis de ceteris, qui praecedunt, patriarchis ante eorum generationem usurpatur.

Ibid. נח *Noe* 2.° deest in Kenn. codicibus 9, 80, Sam. T., Lxx, Vulgato et Arabe. Omittit etiam Ephraem Syrus T. I pag. 48 apud Starckium. Persicus interpres legit, et ex sola oscitantia in latina ejus translatione non repetitur.

Ibid. את חם *Cham* — ואת חם *et Cham*. Legitur copula in Kenn. codicibus 69, 150, 155, 170, 189, 199, 253, in meis 13, 274, 507, 699, 766, primo 14, 262, 450, 464, ex exteris meae coll. in 45 ante corr., item in mss. Sam. 64, 65, 127, 183, 197, 221, 333, in Chald. paraphrasi Jonathanis, in Syro, in Arabe communi, et Mauritano, in Persico demum textu Tawosi, etsi in latina ejus versione omittatur.

VI 7 עד בהמה *usque ad jumentum* — ועד בהמה *et usque ad jumentum*, Kenn. cod. 18, 69, 75, 80, 125, 152, 155, 251, 389 B, primo 89, 94, cod. mei 500, 611, 699, 789, primo 14, 223, 340, 535, 543, nunc suppl. ad marg. 766, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum codicum 6, 264, 500, 543, 549, 766, et Targ. impressum Pent. Soriani 1490.

Ibid. ועד עוף *et usque ad volucre*. Copulam omittit Sam. T., Kenn. cod. 13, meus 507, primo 688.

VI 10 את חם *Cham* — ואת חם *et Cham*, Kenn. codic. 18, 69, 109, 152, 193, 389 A, mei 17, 274, 699, 766, primo 13, 14, 262, 410, mss. Sam. 64, 65, 127, 183, 221. Copulam exhibet etiam Syrus, etsi in latina ejus versione in Polyglottis non exprimatur, Arabs communis, Arabs Mauritanus, et Targ. cod. mei 766.

VI 11 ותמלא הארץ *et repleta est terra* — ותמלא *et repleta est*. Repetitum terrae vocabulum omittunt codic. 9 Kenn., meus 262 primo, Vulgatus, Arabs communis in Polyglottis impressus. Nam Saadiae textus Constantinopolitanus אל ארץ, seu *terrae* vocabulum repetit. Repetit et Persicus Tawosi textus, unde iterum corrigenda ac supplenda hic latina ejus interpretatio.

VI 19 מכל בשר *de omni carne* — ומכל בשר *et de omni carne*, Kenn. codices 136, 199, 196, sed hic abrasus, secundus vero cum copula transfixa, ut monet Nagelius *De mss. Norimb.* pag. 24. Suffragantur ex meis 262, 529, Samar., Lxx, et Targ. cod. mei 766.

VI 20 מכל רמש *de omni reptili* — ומכל רמש *et de omni*, Kenn. cod. 17,

69, 125, 132, 150, 151, 198, primo 355, cod. mei 500, 699, primo 223, Sam. T., Lxx, Chaldaeus, Vulgatus, Syrus, Persa, Arabs communis, et Hebraeo-Mauritanus. Lectionem hanc non contemnendam putat Nagelius, etsi hodiernam praeferat *De duob. codd. Norimb.* pag. 20.

VII 1 יהוה *Dominus* — אלהים *Deus*, Kennic. codices 601, et 686 ad calcem suppletus, Samar. T., Syrus, Arabs communis, et Hebraeo-Mauritanus. Lxx utrumque legunt κύριος ὁ θεός. Plures aliae reperiuntur in mss. codicibus hujusmodi mutationes nominis Jeoàh in Elohím, quas praeferret, qui ad litteram intelligeret Exodi locum VI 3, *sub nomine meo Ieoàh notus non fui illis*, quod non aliud significat, ut fuse demonstrat Astruc, nisi se non ostendisse adhuc Jeoàh, seu ens per se immutabile et in servandis promissis fidele. V. *Conjectures sur la Genese* pag. 298. Jam vero si Patriarchae ante Mosem et noverant, et utebantur promiscue hoc nomine, quod auctor hic non modo fatetur, sed ostendit, ego non video quare partes Geneseos, in quibus alterutrum nomen occurrit, ipse tam certo distinguendas putet, atque uni quidem auctori et aetati tribuat, quae utantur nomine Elohìm, alteri quae Jeoàh, alteri, quae utrumque connectant.

VII 2 מכל הבהמה *de omni bestia* — מן הבהמה *de bestia*, codex meus 266, ad cujus tamen marg. alia lectio suppleta, Lxx, et Chaldaica paraphrasis ejusdem codicis ante correctionem. Lectio forte hausta ex vers. 8 hujus capitis.

VII 9 אלהים *Deus* — יהוה *Dominus*, cod. Kenn. 155, Sam. T., Vulgat., Chaldaeus.

VII 11 ביום הזה *die hac*. Desunt in cod. meo 3 primo, et in Vulgato contra Samar. T. et ceterarum omnium versionum fidem.

VII 19 תחת כל השמים *sub omni caelo* — תחת השמים *sub caelo*, Kenn. cod. 248, meus 274 primo, Lxx.

VIII 8 מעל פני האדמה *a superficie terrae* — מעל האדמה *a terra*, cod. Ken. 69, meus 669 primo, Lxx.

VIII 11 עלה זית *folium olivae* — עלי *folia*, Kenn. cod. 6, et Sam. T., cujus lectionem praefert Houbigantius, sed damnat contextus analogia, et antiquarum omnium versionum auctoritas.

VIII 15 אלהים *Deus* — יהוה *Dominus*, cod. meus 266 primo. Lxx utrumque legunt. Priorem lectionem habet Samar., unde mendosa hic latina eius versio in Polyglottis.

VIII 16 ואשתך ובניך *et uxor tua, et filii tui* — ובניך ואשתך *et filii tui et uxor tua*. Sic verbis transpositis legunt Kenn. codices 168, 186, Biblia Sonc. 1488, Syrus, et Coptus. Hic idem ordo servatur infra v. 18, ubi juxta divinum praeceptum dicuntur egressi *Noe et filii ejus*, *et uxor ejus*, et supra Cap. VI 18.

VIII 19 כל החיה *omne animal* — וכל החיה *et omne animal*, codic. mei 174, primo 562, Samar., Lxx, Vulgat., Syrus, et Arabs.

Ibid. כל הרמש *omne reptile* — וכל הרמש *omneque reptile*, Kenn. cod. 18, 109, 223, 251, 485, primo 186, ex meis 12 primo, Samar. T., qui tamen haec verba postponit, Lxx, Vulgatus, Syrus, et Arabs. Mss. codicibus perperam hic additur a Kenni-

cotto 283, seu Biblia Munsteri 1536, quae lectionem hanc nec in textu, nec in appendice servant, et quum abrasus dicatur, non impressus, sed mss. certe intelligendus est. Unus ergo numerus pro altero hic irrepsit, forte 383, qui ante alterum כל, quod sequitur, exhibet etiam *vav* abrasum.

Ibid. כל רומש *omne quod reptat* — וכל רומש *et omne quod reptat*, Kennic. codices 69, 104, 152, 155, 157, 189, 303, 369, 390, 485, 487, primo 186, 383, 598. Ad hos postremos emendatos referendus 157, seu Casselanus, qui ex Schiede *Observ.* pag. 41 *vav* exhibet virgula notatum. Consentiunt ex meis 529, ac primo 262, 266, Samar., Lxx, Syrus, ac Chaldaeus in cod. meis 266, 549.

IX 2 בכל אשר תרמש *in omne quod reptat* — ובכל *et in omne*, Kenn. cod. 199, cod. meus 14 primo, Sam. T. in mss. codicibus 64, 127, 197, 333, Lxx, Syrus, et Arabs.

IX 5 אחיו *fratris ejus* — ואחיו *et fratris ejus*, Kenn. codices 136, 186, 199, 488, 489, 529, sed 199 ex prima manu, ut notat Nagelius *De mss. Norimb.* pag. 24, cod. mei 18, 262, uterque primo, Sam., Vulgat., Syrus, quorum lectionem praefert Houbigantius.

IX 7 שרצו *abunde progenerate* — ושרצו *et abunde progenerate*, cod. Kenn. 69, 199 sed hic ex prima manu, ut iterum notat Nagelius, quibus addendus 551 a me collatus, cod. meus 230 primo, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Chaldaeus in mss. meis codicibus 230, 549, 766.

IX 10 בבהמה *in jumento* — ובבהמה *et in jumento*, Kennic. codices 5, 9, 11, 13, 69, 80, 89, 109, 125, 129, 132, 136, 151, 186, 193, 196, 199, 226, 244, 252, 253, 325, primo 18, 155, 169, ex meis 15, 197, 262, 296, 688, 699, 766, primo 6, 196, 230, 464, 562, 668, nunc 825, Pent. membran. impressus in 4. sine anno et loco, Sam., Lxx, Syrus, Arabs, Targum Jonathanis, Targ. Onkelosi in mss. meis codicibus 6, 11, 500, 562, 766, ac primo 230, 266. Kennic. codicibus addatur ex mea collatione 551.

IX 29 ויהי *et fuit* — ויהיו *et fuerunt*. Maxima hic codicum et editionum dissensio. Pluralem lectionem retinent ex Kenn. codicibus 5, 9, 11, 13, 18, 80, 94, 95, 100, 102, 104, 108, 111, 129, 132, 135, 136, 150, 151, 155, 157, 160, 166, 169, 170, 176, 177, 178, 185, 189, 190, 193, 196 ad marg., 198, 199, 203, 206, 211, 213, 218, 225, 226, 227, 228, 237 ad marg., 239, 244, 247, 248, 251, 252, 253, 301, 303, 304, 305, 317, 319, 322, 324, 325, 330, 332, 335, 341, 342, 343, 344, 346, 349, 358, 359, 365, 367, 368, 369, 379, 380, 382, 383, 384, 389 B, C, 391, 395, 399, 400, 411, 412, 419, 423, 425, 427, 428, 436, 437, 438, 441, 445, 448, 464, 465, 471, 478, 481, 485, 486, 487, 488, 502, 505, 507, 511, 515, 516, 519, 525, 527, 528, 532, 536, 538, 539, 540, 541, 544, 546, 559, 562, 563, 569, 576, 587, 588, 593, 595, 597, 599, 601, 602, 606, 607, 610, 611, 612, 615, 630, 634, 639, forte 594, primo 99, 144, 158, 186, 229,

242, 314, 345, 372, 387, 409, 417, 430, 434, 518, 522, 564, 592, 635, 642, 646. Kennicottianis addendi ex meis 6, 7, 11, 13, 15, 18, 174, 185, 197, 219, 257, 262, 264, 266, 274, 293, 296, 304, 309, 340, 346, 404, 412, 444, 450, 455, 464, 467, 500, 507, 509, 518, 529, 532, 535, 539, 549, 554, 576, 606, 611, 683, 699, 716, 766, 783, 789, 825, ex prima manu 176, 196, 248, 250, 475, 562, 579, 669, ex secunda 4, 5, 230, 413, ex exteris vero meae collationis 23, 28, 29, 37, 38, 39, 51, 103. In cod. meo 782 primum ויהי, deinde ויהיו, quod iterum correctum et prior lectio restituta. Mss. codicibus accedunt editi quamplures, videlicet Biblia Brix. 1494, Complut. 1517, Veneta 1518 in fol. et in 4., Veneta Rabb. 1526, Munsteri 1534, 1536, 1546, Parisiensia 16. 1544, Ven. quatuor 1544, 1551, 1563, 1566, Plantin. 1566 in 8., Rabb. Ven. 1569, Ven. in 4. 1570, Hartman. 1595, Colon. Hutteri 1599, quadril. Wolderi, Lugd. Bat. sine punctis 1610, Veneta 1613 in 4., Veneta 1615 in 12., Triglotta 1616, Genev. 16. 1618, Rabb. Buxt. 1618, Amstel. sine punctis 1630, Ven. 16. 1635, Polyglotta Parisiensia, Polyglotta Londinensia, Biblia Jablonski sine punctis, Maii 1712, Nisselii 1662, Rabb. Amstel. 1724, Vienn. Heb.-lat. 1743, Pentateuch. Bonon. 1482, Brix. 1492, Brix. alter 1494, antiquus sine anno et loco in 4. sine punct., Veneti 1524, 1527, 1547, bini 1548 in 4. et 8., 1551 Hebraeo-lat., Ferrar. 1555, Ven. 8. 1567, Mantuan. 1589, Venet. 8. 1597, Venet. cum Targ. 1606, Ven. sine Targ. ejusdem anni, Hannov. cum 3 Targ. 1614, Amstel. 12. 1696, Genesis Paris. 1535. Pluralem numerum habet etiam Sam. T., eumque postulat analogia syntaxis, quam sequuntur omnes versiones. Ad marg. cod. mei 721 notatur in multis codicibus correctissimis, et in volumine legis legi plur. *et fuerunt*, et ita alios codices, germanicos potissimum, legere notant ad marg. Biblia Hoogtiana 1705, Proopsii 1725, Veneta 1739, Todrosius, Lonzanus, Norzius, qui tamen alteri lectioni singulari, quae codicum hispanicorum est et Illeliani exemplaris, innituntur.

X 1 חם *Cham* — וחם *et Cham*. Sic legunt praefixa conjunctione Kenn. codices 17, 18, 94, 129, 136, 170, 199, 210, 226, 227, 228, 239, 244, 251, 253, 293, 298, 551 a me in h. l. collatus, primo 9, 109, 125, 155, ex meis 6, 13, 17, 274, 293, 443, 507, 539, 606, 611, prima manu 5, 15, 18, 196, 262, 296, 319, 412, 444, 592, 699, 766, secunda 248, 413, 529, 539, ex exteris meae collationis 66, adstipulantibus Bibl. Sonc. 1488, Pentat. antiquo membr. in fol. sine anno et loco, Syro, Arabe in utroque textu Parisiensi, et CPolitano, versione Persica, nec dissentiente in multis mss. editisque codicibus Chaldaica Onkelosi paraphrasi. Videlicet in mss. meis codicibus 5, 6, 8, 11, 455, 766, primo 264, nunc 248, 549, in eodem Pent. antiquo in fol. sine anno et loco, Ulyssiponensi 1491, CPolitanis 1505, et 1522, Thessalonic. 1516, in Bibliis polygl. Complut. et Antwer-

piensibus. Cap. IX 18, ubi tres Noachi filii recensentur, nomini Cham praefigitur copula.

X 3 וריפת *et Riphath* — ודיפת *et Diphath*. Ita nomen hoc proprium legitur I Chron. 1, 6, hancque lectionem confirmat cod. meus 766, et fere certo 15. Nonnullos alios praetermitto, in quibus figura utriusque litterae *daleth* et *resc* adeo similis sibi est, ut ad utramque lectionem trahi possint.

X 4 ודדנים *et Dodanim* — ורדנים *et Rodanim*, Kenn. cod. 321, forte 205, 248, videtur 160, Samar., Lxx, I Chron. I 7.

X 5 בגויהם *in gentibus suis* — לגויהם *juxta gentes suas*, cod. Kenn. 125 nunc, mei 223, 592, uterque ex prima manu, et cod. Samar. 64. In hoc eodem versu pro ללשנו *juxta linguam ejus* cod. meus 174 legit ללשונם *juxta linguam eorum*, sed suppletam exhibet ad marg. alteram lectionem.

X 19 ואדמה *et Admàh* — אדמה *Admàh*, Kenn. cod. 2, 5, 69, 80, 82, 89, 111, 132, 155, 168, 186, 193, 196, 602, 667, primo 8, cod. mei 197, 230, 248, 262, 274, 464, 592, 699, primo 18, 223, 264, nunc 250. Sine conjunctione etiam nomen hoc fere integrum sub fin. lineae appellat cod. meus 721. Ex editis codicibus ita legunt Bibl. Sonc. 1488, Bibl. Brix. 1494, et bini Pentateuchi Brixienses 1492, 1494, quorum lectionem confirmant Lxx, et Targum mss. meorum codicum 11, 248, 455, 766, primo 12, 264, nunc 230, item Targum impressum Pentat. Ulyssiponensis 1491, Pentat. antiqui in fol. sine anno et loco, Thessalon. 1516, ac CPolitanorum quatuor 1505, 1522, 1546, 1547.

X 20 בגויהם *in gentibus suis* — לגויהם *juxta gentes suas*, cod. meus 18, et 592, uterque ante corr., Sam., Arabs, et vers. 31 hujus capitis.

XI 10 אלה תולדת *Hae sunt generationes* — ואלה תולדת *Hae autem sunt generationes*, cod. mei 562, 592, uterque primo, cod. Samar. 127, Lxx, Targ. mss. meorum codicum 592, primo 562. Sic legit quoque Sam. versio ࠅࠀࠋࠉࠍ, ad quam referenda est latina interpretatio in Polyglottis excusa, non ad Samar. T. impressum, in quo copula desideratur.

XII 3 מברכך *benedicentes te* — מברכך *benedicentem te*. Sing. lectioni adhaerent ex Kenn. codicibus 5, 9, 69, 80, 89, 155, 166, 178, 226, 248, 253, 615, ex meis 5, 12, 197, 262, 766, Samar. cod. 61. In meo exemplari Ferrar. Pentateuchi 1555 adest ad hunc locum ms. nota, qua indicatur alios codices nostram hanc lectionem habere.

Ibid. ומקללך *et maledicentem te* — ומקלליך *et maledicentes te*, Kenn. cod. 206, forte 155, Samar, Lxx, Vulg., Syrus, analogia.

XIII 8 נא *quaeso* deest in codice meo 592 primo, Lxx, et Syro.

XIII 11 כל ככר *omnem planitiem* — ככר *planitiem*, Kennic. cod. 223, sed כל ad marg. in codice hoc seu Regiom. suppletum est, ut monet Lilienthalius, cui ex meis addendus 500 pariter suppletus, et Vulgatus interpres. Idem codex Regiomontanus, et meus 507, uterque ex prima manu, omittunt etiam in hoc versu לו *sibi*, quod abesse potest, sed exprimunt omnes versiones.

XIII 12 אברם *Abram* — ואברם *Abram autem*. Nullus Kenn. codicum exhibet lectionem hanc, quam habent Lxx, cod. meus 174, et ex prima manu 699.

XIV 1 אריוך *Arioch* nom. prop. — ואריוך *et Arioch*, Kenn. cod. 95, 199, 249, primo 18, ex meis 223 primo, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, et Arabs. Lectioni huic favet nota, quam in antiquo ms. codice se reperisse testatur Norzius ad h. l. *Dissidium extat in hoc nomine. Primum quod occurrit* (nostro hoc loco) *est Arioch*, *secundum et Arioch*, *et sunt qui contra primum legant cum copula, alterum sine copula*. » Sed nos, subdit Norzius, nec audi- » vimus, nec vidimus hic ullum co- » dicum dissensum, quia in omnibus » codicibus primum est *Arioch*, alterum quod infra occurrit, *et Arioch*.

XIV 5 בהם *in Ham* — בחם *in Cham*. Lectionem hanc tuentur septem Sam. codices mss. 61, 62, 64, 65, 127, 183, 197, cum quibus concinebant Hieronymi aetate etiam Hebraici nonnulli, quorum fidei innixus haec conscribit S. Pater: » Porro בחם, » pro quo dixerunt (Lxx) ἅμα αὐτοῖς, » hoc est *cum eis*, putaverunt scribi » per ה *he*, ducti elementi similitudi- » ne, cum per ח scriptum sit. Be- » ham enim cum per tres literas scri- » bitur, si mediam ה habet, interpre- » tatur *in eis*, si autem ח *cheth*, ut » in praesenti, locum significat, idest » *in Ham* ». Nullus cod. nec ex Kenn., nec ex meis aperte ita legit. Sunt tamen codices, in quibus *he*, et *cheth* vix distinguuntur.

XIV 10 מלך סדם ועמרה *Rex Sodomae et Gomorrae* — מלך סדם ומלך עמרה *Rex Sodomae et Rex Gomorrae*, Kenn. cod. 5, Samar. T., Lxx, Syrus, et Arabs. In Chaldaei textu non repetitur vocabulum *Rex*, etsi in latina ejus versione repetatur. Sed hoc fit ex analogia, quae huic lectioni favet ob pluralia, quae praecedunt et sequuntur.

XIV 14 חניכיו *instructos suos* — חניכו deficiente *jod* posteriore. Ita scriptum esse in sacro textu testatur Jarchius ad h. l. חניכו כתיב, quod est contra Masoram et codicum fere omnium fidem. Nam hoc *Chediv* ex Kenn. codicibus solus 69 habet, et 189, qui utrumque *jod* omittit, ex meis 5, et 500. At vero notandum haec verba Jarchii a multis optimae notae mss. et antiquioribus editionibus abesse, ita ut Jarchii textus hic videatur proculdubio interpolatur. Desunt in codicibus meis 390, 459, 543 primo, 593, in utroque Erfurtensi, ut ad hunc locus notat Breithauptus Jarchiani Commentarii interpres, in ms. demum codice Berolinensi Bibliorum cum Comm. Jarchi an. 1489, quem ad hoc verbum producit Salom. ben Joel in not. ad nuperrim. Pent. Hebraeo-Germanicum. Ex antiquis autem Jarchii editionibus apud me extantibus, desunt in Soriana 1490, Ulyssip. 1491, duabus CPolitanis 1505, et 1522, Thessal. 1516, in Pent. antiquo in fol. sine anno et loco. Nonnulli codices, ut iterum notat Breithauptus, legunt *Kerì*, non *Chediv*, et in ignota editione Soncinensi Comm. Jarchi an. 1487 adest חניכיו כתיב. Norzius, qui reapse miratur variam hanc lectionem, cujus in nullo ms. codice nec antiquo, nec recentiori reperit vestigia, produci a Jarchio, ex silentio codicum et quotquot Jarchium commen-

tati sunt, opinatur et ipse primitus in Rasciano textu verba haec non extitisse. De hoc praemonendos hic censui sacros criticos, etsi haec lectio minimi momenti ac proinde instituti nostri non esset.

XIV 20 בידך *in manu tua* — בידיך *in manibus tuis*, Kenn. codices 152, 193, primo 125, 144, ex meis 250, 274, 669, primo 11, 233, Lxx, Vulg., Syrus, et Arabs. Mendosa hic in Polyglottis latina versio plur. Sam. In plur. etiam textus hic producitur in Rabboth, seu antiquissimo Comm. in Pentateuchum.

XIV 23 ואם *et si* — אם *si*, Kenn. codices 69., 132, 150, 155, 226, primo 223, nunc 157, ex meis 699, primo 12. In 661 primo deleta est copula, deinde restituta. Nec eam legit Sam. T., et ms. Paraphrasis chald. codicum meorum 230, 455, 543, 716, primo 264. Ex reliquis versionibus antiquis nulla vocabulum hoc repetit.

XVI 6 אל שרי *ad Saram* — אל שרי אשתו *ad Saram uxorem suam*, codex meus 223 primo, et Syrus.

Ibid. בידך *in manu tua* — בידיך *in manibus tuis*, cod. Kennic. 226, cod. Sam. mss. 61, 62, 64, 65, 66, 127, 183, 197, 333, Lxx, et Syrus. In multis mss. editisque antiquis codicibus Targum hic addit *jod*, sed hoc facit ad distinctionem generis masc., et puncta vocalia exhibet singularis lectionis.

Ibid. עשי לה *fac illi* — עשי לך *fac tibi*. Ex Kenn. codicibus unus, scilicet 5, hanc lectionem servat, quam Samar. T. et antiquae omnes versiones rejiciunt. Sed quod plane mirandum est, scriba cod. mei 185, qui sistit Pentateuchum sine punctis accuratissimum ad publica synagogarum exemplaria describenda et emendanda, scriptum an. 1304, haec notat ad marg.: » Inveni in Pentateucho R. Isaaci fel. » mem., qui est exemplar libri legis » correctissimum, עשי לך *fac tibi*. In » aliis codicibus עשי לה *fac ei*.

Ibid. הטוב *bonum* — כטוב *sicut bonum*. Ita certo conjicio legisse ex prima manu cod. meum 18, cui suffragari videtur ex Kenn. cod. 69. Favent Lxx, Vulgat., ac potissimum Chaldaeus impressus, qui hic comparationis particulam exhibet. Sine praefixa tamen hac particula, ac simpliciter דתקין *quod rectum est*, legunt plerique mss. mei codices Targumici, et antiquae fere omnes editiones, ac praesertim Targ. Pent. Bonon. 1482, Ulyssip. 1491, antiqui in folio sine anno, Thessal. 1516, Ven. 1527, ac CPolitanum triplex 1522, 1546, 1547, nec dubito, quin ita legat CPol. primum ann. 1505, quod hic in meo exemplari mutilum est.

XVI 11 יהוה *Dominus* — אלהים *Deus*, cod. meus 669 primo, Arabs communis, et Hebraeo-Mauritanus. Lectio melior, ac textui conformior: *Et vocabis nomen ejus Ismahel, quia audivit Deus*. Ita enim habetur vera interpretatio nominis Ismaelis. Huic affinis ac congruentior est lectio cod. mei 754 ex prima manu כי שמע אל עניך *quoniam audivit Deus afflictionem tuam*, omisso Domini nomine, sumptoque *El* non pro particula, sed pro nomine Dei. Sed Jeoàh ipsa, ut videtur, primi scriptoris manu ad marginem restitutum est.

XVI 15 ילדה *peperit* — ילוו לו *peperit ei*, Kennic. codices 109, 244, Lxx, Syrus.

XVII 5 את שמך *nomen tuum*. Abest את nota accusativi casus, quae hic irregularis est, et valde incommoda, a Kenn. codicibus 69, 95, 104, 109, 251, 151 nunc, a meis 17, primo 18, 250, 443, 475, 789, a Sam. T., et Talmude Babylonico.

XVII 6 ממך *ex te* — מחלציך *de lumbis tuis*, cod. meus 669 primo, cui favet Syrus interpres, vertens ܡܢ ܚܨܟ *de lumbo*, vel *femore tuo*.

XVII 11 והיה *et erit* masc. — והיתה *et erit* foem. Lectionem hanc Houbigantii judicio meliorem exhibet cod. meus 248, et 592, uterque prima manu, Samar., Chald., et vers. 13 hujus capitis, ubi haec verba repetuntur. Locus parall. cum verbo foem. legitur Gen. IX 13.

XVII 16 מלכי *reges* – ומלכי *et reges*. Conjunctionem exprimunt Kennic. cod. 9, 69, 80, 89, 109, 150, 157, 551 ex mea collatione, 383 primo, forte 152, codex meus 262, 384, 766, primo 543, 669, 754, nunc 16, Samar., Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs, Targ. cod. mei 11, 16, 248, 264, 543, 549, 766, prima manu 266, Targ. impress. Pentat. Sor. 1490, Thessal. 1516, CPolit. 1522, CPolit. polygl. 1546, 1547, Targ. Jonathanis, et versio Persica CPolitana. Targ. impressum in Polyglottis copula destituitur, unde ex sola interpretis licentia ea habetur in latina versione.

XVII 19 ויאמר אלהים *Dixitque Deus* — ויאמר אלהים אל אברהם *Dixitque Deus ad Abraham*. Ita ex Kenn. mss. 89, 109, 242, et 69, qui tamen omittit nomen *Dei*, cum quibus consentiunt Lxx, Syrus, Vulg.. Abrahami tamen nomen deest in edit. Complutensi, et Aldina Lxx interpretum.

Ibid. לזרעו *semini ejus* — ולזרעו *et semini ejus*. Sic habent ex mss. Kenn. 9, 13, 17, 69, 109, 111, 150, 151, 157, 160, 199, 200, 244, 248, 253, 335, 340, 343, 345, 348, 358, 369, 379, 388, 390, 395, 418, 437, 438, 464, 474, 476, 478, 507, 527, 528, 529, 559, 562, 586, 588, 593, 597, 601, 608, 610, 612, 630, 631, primo 155, 249, 481, 546, 646, cum *vav*, seu copula abrasa 168, 186, 227, 242, 317, 344, 346, 374, 383, 404, 413, 425, 471, 472, 506, 519, 569, 622, 635, nunc 247, 368, 619. Quibus adstipulantur ex meis 13, 16, 230, 240, 251, 262, 274, 340, 464, 562, 688, primo 3, 5, 185, 223, 266, 661, 669. Cod. 688 addit praeterea ante לו *ei*, congruo sensu *et statuam foedus meum cum ipso, in foedus sempiternum ei, et semini ejus post eum*. Acced. cod. 23 ex exteris, Samar., Lxx, Vulgat., Arabs communis, Arabs Mauritanus, versio Persica, Chaldaica paraphr. ms. cod. mei 16, 562, 766, et impressa Pentateuchi Soriani 1490, antiqui in fol. sine anno et loco, Thessalon. 1516, CPolitani 1522. Testatur Norzius reperisse notatum in antiquo ms. codice *extare codices, qui legant hic copulam, sed eam desiderari in codice Hispanico*.

XVII 20 הנה *ecce* — והנה *et ecce*, cod. meus 754 primo, Lxx, Arabs, Targum ms. mei cod. 16.

XVII 24 שנה *annum* — שנים *annos*, cod. meus 543, et Samar.

XVIII 5 אחר *postea* — ואחר *postea vero*, Kenn. cod. 9, 69, 109, 150, 223, primo 155, ex meis 266, 669, uterque ante correctionem, Lxx, Syrus, Targum Jonathanis, et Targ. Onkel. mss. meorum cod. 16, 766. Masorethae notant esse hanc unam ex ablationibus, vel correctionibus scribarum.

XVIII 27 אדני *Adonai* — יהוה *Jeoàh*, Kenn. mss. 69, 89, 111, 132 praeter tres qui utrumque legunt 136, 244, 686 ad calc. suppletum. Concinunt ex meis 15, 16, 197, 251, 293, 296, 412, 419, 464, 611 ad marg., 688, 766, primo 18, 592, utrumque 6, 245, 467. Favet Chaldaeus; sed Vulgatus et Lxx suffixum hic primae personae exprimentes, quod ineffabile nomen non patitur, impressam lectionem in suis codicibus proculdubio repererunt.

XVIII 29 ויאמר 1.° *et dixit* — ויאמר לו *dixitque ei*, Kennic. cod. 686, et Sam., qui legit ࠀࠋࠉࠅ *ad eum*. Videtur tamen redundare ob אליו, quod praecedit, nec ulla ex antiquis versionibus illud exprimit.

XVIII 31 אדני *Adonai* — יהוה *Jeoàh*, Kenn. mss. 11, 89, 227, 239 praeter 109, qui utrumque connectit, quibus suffragantur ex meis 18, 197, 251, 592, 766, Chaldaeus; sed ad marg. cod. 18 suppl. *Adonai*.

XIX 4 כל העם *omnis populus* — וכל העם *et omnis populus*, Kenn. cod. 18, 132, 150, 152, 199, 226, primo 5, 9, ex meis 262, 543, uterque ex prima manu, Syrus, et Chaldaeus in cod. meo 419 ante corr.

XIX 5 ויאמרו לו *et dixerunt ei* — ויאמרו אליו *et dixerunt ad illum*, cod. 75 Kenn., Pent. memb. 4. sine an. et l., et Sam. T.

XIX 12 ובניך *et filii tui* — בניך *filii tui*, Kenn. codic. 18, 69, 132, 150, 155, 157, 193, 206, 218, 226, 314, 335, 344, 348, 369, 411, 413, 478, 486, 489, 528, 536, 538, 597, 600, 601, 610, 611, 622, 635, 643, primo 330, nunc 488. Ex meis 262, 668, 669, primo 419, 661, quibus adstipulatur Samar. T., Targ. Jonathanis, et Targ. Onkelosi cod. mei 419 ante correctionem.

XIX 17 כהוציאם *quum educerent illi* — בהוציאם *in educendo*, mss. mei codices 17, 543, 592, omnes ex prima manu. Utraque lectio analoga, sed auctoritas codicum et versionum stat pro impressa.

XIX 25 את הערים *civitates* — את כל הערים *omnes civitates*. Ita cod. meus 592, relicto tamen כל sine punctis, cum quo consentit Targum ejusdem codicis, et cod. 16, item cod. Cotton. Pentateuchi Graeci vetustissimus, qui, teste Patricio Junio in h. l., legit et ipse πόλεις πάσας. Forte hanc ipsam lectionem servabat cod. K. 81 tribus hic litteris abrasus.

XIX 28 ועל כל פני ארץ *et super omnem faciem terrae* — ועל פני כל ארץ *et super faciem omnis terrae*, Kennic. cod. 18, 95, mei 250, primo 8, Samar., Syrus, Targ. cod. mei 766. Coptus hic suo fonte accuratior vocabulum *omnis* legit, hancque eandem orationis seriem sequitur. Cod. meus 668 utrumque legit, quia scriba scribere inceperat ועל פני *et super faciem*, deinde vero repetito פני communem lectionem restituit.

XIX 34 את אבי *cum patre meo* — את אבינו *cum patre nostro*, cod. meus 250 prima manu, et Lxx.

XIX 35 עמו *cum eo* — את אביה *cum patre suo*, cod. Kenn. 69, meus 592, in quo tamen ad marg. suppleta est altera lectio, cod. 29 ex exteris a me collatis, Lxx, et Targum ejusd. mei cod. 592. Ita legitur superiori vers. 33, unde videtur repetenda variatio.

XX 4 אדני *Adonai* — יהוה *Jeoàh*. Lectionem hanc, quam hodiernae praefert Kennicottus *Diss. I* pag. 338, exhibent Kenn. codices 9, 81, 132, 150, 152, 199, 227, 239, 601, ex meis 419, 455, 507, 766, primo 248, et Chaldaeus.

XX 5 והיא גם הוא *et ipsa etiam ipsa*. Secundum *ipsa* deficit in Sam. T., et Kenn. cod. 9, 388.

XX 6 בחלם *in somnio* deest in cod. meo 18 primo, et in Vulgato.

XX 9 לנו *nobis* — לי *mihi*, cod. Kenn. 69, et 1, ut ego conjicio, ex exteris meae collationis, qui habet לנו super abrasione. Favet contextus analogia, quia loquitur solus Abimelech, sed deest antiquarum versionum praesidium.

XX 16 לך *tibi* deest in Kenn. cod. 6, 109, et ex prima manu in meis 262, 265. Deerat etiam primo in 174 לכל אשר אתך *omnibus qui tecum sunt*. At utrumque exprimunt versiones omnes antiquae. Sam. T., Sam. versio, et Lxx legunt ולכל *et omnibus* cum copula, quam nullus collatorum heb. codicum exhibet. Quinque vetustissimae editiones Targumicae in hoc versu pro ועל legunt וית, Soriana 1490, et cod. meus 592 ועם. Habent preterea דאמרת in praeterito *quod dixisti*, et omnes Heb. T. pressius secutae conjunctionem addunt ואיתוכחת, ut addunt duodecim mss. mei codices.

XXI 2 אשר דבר *quo locutus fuerat* — כאשר דבר *sicut locutus fuerat*, cod. meus 654 primo in sectione hujus loci, et Kenn. 3 primo, in quo *caph* abrasum, qui auctoritate confirmantur Lxx interpretum.

XXI 10 עם בני עם יצחק *cum filio meo, cum Isaac* — עם בני יצחק *cum filio meo Isaac*, cod. meus 725, qui complectitur fragm. hujus capitis, Lxx, Vulg., Syrus, et Arabs. Nota in Chaldaei textu legi secundum עם *cum*, ac perperam idcirco illud omitti in latina ejus versione.

XXI 13 האמה *ancillae* — האמה הזאת *ancillae hujus*, cod. meus 18 primo, Sam., Lxx.

XXI 17 אל קול *voci* — את קול *vocem*, Kenn. cod. 5, 129, 150, 193, 196, 244, 680, forte 155, ex meis 10, 16, 17, 274, 483, 699, 766, 802, primo 18, 223, 240, 250, 264, 296, 419, 669, et Sam. T.. In hoc eodem vers. praecedit את קול, unde forte repetendum codicum dissidium.

XXI 18 ידך *manum tuam* — ידיך *manus tuas*, cod. meus 10, Sam., et Syrus.

XXII 1 אברהם *Abraham* — אברהם אברהם *Abraham Abraham*, cod. Kenn. 69, meus 16, Lxx, Vulg., et Chald. paraphrasis ms. ejusd. mei cod. 16. Infra vers. 11 sic legitur, quod forte codicum descriptoribus errandi ansam praebuit.

XXII 4 ביום השלישי *die tertia* — ויהי ביום השלישי *accidit autem die tertia*. Ita legit cod. Kenn. 673, ex meis 10, 789, uterque tamen leviori calamo transfixus, Targ. cod. ejusdem mei 10, nec aliter hunc locum producit

Kimchius ad Josue I 1, ut in notis ad sua Biblia observat Kennicottus. At vero quod spectat ad Kimchii textum, animadverto in primaria editione Soncinensi 1486 in eo desiderari vocabulum ויהי *et accidit*, ut et in alia Pisaurensi an. 1511. Illud etiam aperte rejicit Kimchii mens et contextus. Etenim si Kimchius putat *vav* verbi וישא *et extulit*, quod sequitur, non esse copulativum, producitque hunc textum, ut demonstret aliquando *vav* copulativum non esse, lectionem ויהי manifeste reprobat, qua admissa *vav* verbi וישא reapse copulativum efficitur. Dici etiam potest, non unum, sed binos hic diversos textus, binaque diversa a Kimchio afferri exempla, controversumque vocabulum ad alium Bibliorum textum esse referendum. Lectioni huic favere etiam videtur Arabs, qui vertit ولما كان اليوم الثالث *Et quum fuit dies tertia*. Sed notandum verum Saadiae textum arabicum, qui in CPolitano Pentateucho an. 1546 excusus est, additamentum istud non legere, ac vertere cum hodierno textu hebraeo פי יום אל תאלת רפע *Die tertia elevavit*. Quod idem facit Arabs Rutilianus, nisi quod copulam praeponat et antevertat وفي اليوم الثالث *Die autem tertio elevavit*. Itaque communis Arabis interpretatio pro pura hic paraphrasi habenda, qua suppleverit, quod in textu reticeri videbatur, ut suppleverunt duorum illorum codicum descriptores. Syntaxis vero utramque lectionem patitur, sive subintelligatur ויהי, sive postposita dicatur verboque conjuncta copula, sive demum cum Kimchio ea in textu redundare. » *Et extulit*, idest *extulit*, inquit ad h. l. » R. Immanuel. Aut *vav* redundat, » aut deficit vocabulum, puta *surrexit* » *mane, et extulit Abraham oculos suos*. וישא ר״ל נשא אברהם את עיניו׳ והוו נוספת או יחסר מלה ועניינו השכם וישא אברהם את עיניו. Lxx et Coptus incommodum hoc sustulerunt, τὸ *die tertia* ad praecedentem versum ac periodum referentes.

XXII 11 ויאמר *et dixit* — ויאמר אליו *et dixit ad eum*. Sic cod. meus 654 primo, et Lxx in edit. Complutensi, et cod. Alexandrino. Lectio huc traducta ex vers. 2 hujus capitis, quem codicis mei scribam ob oculos habuisse ex eo patet, quod repetitum Abrahae nomen, quod illic omittitur, et ipse omiserat. Grabiana autem editio Lxx ex Alex. codice pronomen αὐτῷ exhibet uncinis clausum.

XXII 13 אחר *post* — אחד *unus*. Lectionem hanc, quam variis de caussis receptae praeferunt Bochartus, et Houbigantius, sistunt Kennic. codices 129, 170, 200, 538, 544, 562, 569, 597, primo 69, 155, 301, 335, 339, 355, 367, 368, 388, 404, 480, 515, 529, 618, 620, 631, forte 111, 198, 384, 448, 486, 514, ex meis 17, 163, 174, 185, 245, 250, 507, 554, 562, 683, primo 230, 233, 745. Inter dubios refero 18, 251, 444, 455, 475, 576, 766; sed hic postremus legens *tzere* sub *aleph* ad hanc nostram var. lectionem potius trahendus est. Ita legunt etiam Biblia antiqua impressa in fol. sine anno et loco, et quod magis mirandum est, Pent. Ulyssip. 1491, qui accuratissimus est, rarissimeque a masorethico textu discedit, item Samar. T., Lxx, Syrus,

Chaldaeus, et locus parallellus Dan. VIII 3.

Ibid. תחת בנו *pro filio suo* — תחת יצחק בנו *pro Isaac filio suo*, cod. Kenn. 248, et LXX.

XXII 19 ויקמו *et surrexerunt* — deest in cod. meo 654 primo, et in Vulgato.

XXII 22 ידלף *Idlaph* nomen proprium — ילדף *Ildaph*. Ita litteris transpositis legit editio antiqua Pent. in 4. sine anno et loco, quam LXX interpretes confirmant.

XXIII 6 קבּרינו *sepulchrorum nostrorum* — קברנו *sepulchro nostro*, codices Kenn. 5, 9, 11, 18, 19, 80, 99, 101, 108, 129, 170, 189, ex meis 2, 5, 10, 16, 197, 245, 251, 265, 266, 274, 414, 443, 669, 688, 789, primo 223, 264, 419, 683, nunc 674, ex exteris a me collatis 1, quibus accedit ex editis Pent. antiquus memb. in 4. sine an. et loco.

XXIII 17 לפני ממרא *ante Mambre* — על פני ממרא *super faciem Mambre*, Kenn. cod. 69, 129, 152, 155, 247, 248, meus 14 primo, 669 nunc, quibus adstipulatur Sam. T.. Ita legitur etiam vers. 19 hujus capitis, et XXV 9.

Ibid. אשר בשדה *quae est in agro* desunt in Kenn. cod. 193, 196, in meis primo 14, 549, 699, et in Vulgato.

XXIII 18 בכל *in omnibus* — לכל *omnibus*, Kenn. cod. 6, 18, 69, 129, 196, 225, 602, primo 89, 132, 150, forte 155, mei 16, 251, 274, 319, 507, 699, primo 10, 262, 419, 443, 661, nunc 766, et Targum cod. meorum 16, primo 257, 264, 419, 766, mss. codices Samar. 61, 64, 127; nec aliter legitur supra vers. 10, ubi eadem verba occurrunt.

XXIII 19 על פני ממרא *super faciem Mambre* — אשר על פני ממרא *quae est super faciem Mambre*. Sic praefixo relativo legunt ex mss. cod. Kenn. 18, 69, 80, 94, 109, 111, 129, 132, 152, 175, 186, 193, 199, 223, 244, 601, 602, primo 170, praeter 251 dubium, et 155, qui habet אשר לו על *quae est ei*. Consentiunt codices mei 10, 248, 274, 543, 549, 592, 507 ad marg., 699, primo 16, 251, 262, 266, 419, 443, 683, 716, quorum plerique vocabulum אשר *quae* exhibent sine punctis, cod. exteri 59, primo 62, LXX, Vulgatus, Syrus, Targum utrumque Onkelosi ac Jonathanis, nec aliter in suo textu legit Ferrariensis interpres hispanus, qui vertit *que sobre faces*.

XXIV 4 כי *quoniam* — כי אם *sed*, Kenn. cod. 5, 69, 75, 80, 111, 129, 150, 155, 193, 199, 244, primo 9, 251, ad marg. 170, ex meis 10, 18, 250, 262, 549, 716 ad marg., primo 592, 683, 766, ex exteris meae collationis 59, primo 1, 61, consentiente Sam. T., versionibus omnibus antiquis, et analogia contextus. Voc. כי *quoniam* poni hic pro כי אם, et significare *sed* fatentur Judaeorum interpretes, praesertim R. Immanuel in h. l., ac Masorethae ipsi conjiciunt hic deesse אם, ponuntque hunc textum inter Sebirin. Ita notant ad marg. inter ceteros cod. meus 240, et 266. In Bibliis Sonc. 1488 vacuum spatiolum, seu lacuna hujus vocabuli relinquitur a lectoribus pro arbitrio supplenda, quod argumento est in illius editionis autographo illud lectum fuisse, sed non

impressum propter codicum et Masorae dissidium. Kennicottus inter testes hujus lectionis affert Biblia rabb. 1526 ad marg., et Norzium in notis ad Biblia 1742, quum tamen in utrisque lectio haec potius reprobetur. En quod legitur ad marg. Bibl. 1526: כי ה׳ פסו׳ דמטע׳ בדהן אם » Quoniam: extant quin» que versus, in quibus errant, adden» do vocabulo *Im* ». Clarius masorethicam Chaiimi notam exponit Norzius. » *Quoniam ad terram meam*. Est unus » ex quinque versibus, in quibus de» est אם, et errant in illis ». Locus parallel. Num. X 30.

XXIV 7 לבני *filio meo* — לבני ליצחק *filio meo Isaac*, cod. meus 223 primo, et cod. Alex. Lxx.

XXIV 25 גם מקום *etiam locus* — וגם מקום *quin etiam locus*, Kenn. cod. 155, cod. mei 262, primo 419, Samar., Syrus, Targ. cod. meor. 549, primo 419.

XXIV 40 ישלח *mittet* — הוא ישלח *ipse mittet*, cod. meus 669 valde antiquus, 16 ad marg., primo 419, Lxx, Syrus, et Targ. codicis mei 16, et ante corr. 419. Lectio forte petita ex vers. 7 hujus capitis, ubi haec eadem verba leguntur cum praefixo pronomine.

Ibid. דרכך *viam tuam* — דרכיך *vias tuas*. Plene, seu cum *jod* plur. numeri nota legunt Kennic. cod. 13, 69, 132, 136, 196, sed incertum est, num puncta vocalia pluralem numerum confirment. *Jod* exhibet cod. meus 10 primo, utrumque autem, seu *jod*, et puncta plur. cod. 17. Mendosam tamen lectionem pro certo habeo, quam nulla antiq. versionum tuetur.

XXIV 45 אל לבי *in corde meo* deerat ex primaeva manu in cod. meo 543, nec exprimit Syrus.

XXIV 50 יצא הדבר *exiit verbum* — יצא הדבר הזה *exiit verbum istud*, Kenn. cod. 185, meus 18 primo, Lxx, et Arabs.

XXIV 55 אחר *postea* — ואחר — *postea vero*, Kenn. cod. 75, 132, 150, 248, 529, 538, 593, primo 413, cod. mei 507, 549, primo 2, 16, 262, 419, 661, Samar., Lxx, Vulgat., Syrus, Arabs, Targum Jonathanis, et Targ. Onkelosi in ms. meis codicibus 266, 549, 766, primo 419. Impressum enim copula destituitur, nec nisi ex interpretis licentia exprimitur haec in latina ejus versione in Polyglottis. Masorethae notant hanc esse unam ex ablationibus scribarum.

XXIV 60 רבקה *Rebeccae* — רבקה אחתם *Rebeccae sorori suae*. Ita cod. meus 699 primo, ms. Alex. Lxx, et Syrus ܠܪܦܩܐ ܚܬܗܘܢ. Vulgat. *sorori suae*. Aegyptius interpres Alex. cod. secutus addit et ipse ⲧⲟⲩⲥⲱⲛⲓ *sororem suam*.

Ibid. שנאיו *osorum suorum* — איביו *inimicorum suorum*. Sic mutato synonimo Samar. T., et bini codices Kenn. 129, 132.

XXIV 67 אמו *matrem suam*. In editione Hoogtiana, quam sequitur editio Forsteri 1750, et Kennicottiana, absunt post hoc verbum bina puncta, nec periodus absolvitur. Contra in omnibus, quotquot contuli, mss. editisque codicibus, appositis punctis oratio, versus, caput absolvuntur, nec dubito, quin hoc idem fiat in omnibus, vel fere omnibus Kennicottianis, etsi de hac variatione profunde sileat Kennicottus.

XXV 4 ועפר *et Hefer* — ואפר *et Efer*, cod. Kenn. 136, et meus 419, uterque primo, Biblia Amstelod. sine

punctis 1630, Samar. T., unico excepto codice 221. Non aliter legisse videntur Lxx, qui vertunt Ἀ'φείρ. Praecedens enim nomen עיפה vertunt Γεφάρ, expresso *ain* per *gamma*.

XXV 8 ושבע *et plenus* — ושבע ימים *et plenus dierum*. Vocabulum ימים *dierum* hic addunt Kennic. cod. 218, 247, 248, ac primo 9, 345 manifeste quoad illud verbum abrasi, cod. meus 223 primo, Samar. T., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs. Nota tamen in vero Saadiae textu arabico CPolitani Pentateuchi hoc additamentum desiderari. Lectionem hanc exhibet quoque versio Persica, et Chald. Onkelosi paraph. in edit. Complutensi et Antwerpiensi, et in mss. nonnullis codicibus, in Bodlejano 5233, 5349 ad marg., in Britan. 5520, et in cod. meo 16. Targum Jonathanis addit כל טובא *omni bono*. Conf. Kenn. *Diss. I* pag. 343, et II pag. 175, et quae contra eum in receptae lectionis praesidium affert Tellerus *De judicio super var. lect.* p. 48.

XXV 9 אשר על פני *quae est e regione Mambre* — על פני *e regione Mambre*. Sic cod. meus 529 primo, cui favet Vulgatus, et si latinae versioni Polyglottorum crederemus, faveret etiam Chaldaeus et Syrus, in quorum tamen textibus communis lectio habetur. Mendosam tamen lectionem hanc arbitror petitam ex XXIII 19.

XXV 12 אשר ילדה *quem peperit* — אשר ילדה לו *quem peperit ei*, cod. meus 12 primo, et Vulgatus.

XXV 15 חדר *Chadar* nomen proprium — חדד *Chadad*. Maximum in mss. editisque codicibus praesidium et auctoritatem habet haec lectio. Ex mss. Kenn. eam exhibent 8, 82, 94, 95, 100, 101, 102, 103, 104, 110, 128, 129, 150, 151, 158, 160, 166, 168, 169, 170, 171, 173, 175, 176, 177, 185, 186, 189, 190, 193, 198, 199, 203, 205, 209, 210, 211, 218, 225, 226, 227, 228, 229, 233, 237, 239, 242, 244, 248, 251, 252, 254, 293, 294, 298, 301, 302, 303, 304, 305, 314, 316, 317, 318, 319, 320, 322, 323, 324, 325, 332, 338, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 348, 355, 356, 358, 359, 360, 362, 365, 369, 372, 374, 376, 380, 382, 383, 384, 387, 388, 389 C, 391, 395, 399, 404, 411, 412, 413, 415, 417, 419, 424, 425, 426, 427, 428, 432, 433, 436, 437, 438, 441, 443, 447, 450, 458, 459, 464, 471, 472, 474, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 484, 486, 487, 502, 505, 506, 511, 516, 517, 518, 519, 520, 525, 529, 532, 535, 540, 541, 542, 543, 546, 550, 561, 562, 564, 571, 572, 576, 578, 586, 587, 588, 592, 594, 595, 597, 598, 600, 601, 602, 604, 605, 607, 611, 612, 615, 618, 619, 620, 624, 631, 634, 635, 636, 637, 642, 643, 644, 646, primo 390, forte 139, 157, 430, 435. Accedunt ex meis sexaginta novem, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 174, 185, 187, 196, 199, 223, 230, 233, 240, 245, 248, 251, 257, 264, 265, 266, 274, 296, 304, 319, 340, 346, 408, 410, 412, 413, 414, 419, 443, 444, 450, 464, 476, 507, 529, 535, 539, 543, 549, 554,

576, 592, 604, 606, 661, 674, 683, 695, 699, 716, 721, 782, 783, nunc 668, ex exteris autem meae collationis cod. 1, 2, 11, 12, 13, 23, 28, 29, 33, 34, 35, 37, 38, 39, 56, 57, 83, 90, 100, 101, 103. Ex collatis editionibus nostram hanc lectionem sequuntur Biblia Brixiensia an. 1494, antiqua sine anno et loco, Pisaurensia 1517, Complutensia, Veneta 1551, Veneta alia 4. 1563, Veneta 16. 1635, Amstelodamensia 1639, Veneta 1647, Amstel. Athiae 1667, Clodiana 1677, Jablonskii 1699, Amstel. sine punctis 1701, Torresii 1705, Opitii 1709, Jablonskii 1711, Maii 1712, Maii et Burckl. 1716, Michaelis 1720, Proops 1725, Veneta 1730, Ven. 1739, Zullichav. 1741, Norzii 1742, Forsteri 1750, Simonis 1753, Reinecii 1756, Ven. 1766, Pentateuchus Bononiensis 1482, Sorae 1490, Ulyssip. 1491, Neapolit. 1491, Brix. 1492, Brix. 1494, antiquus in fol. sine anno et loco, antiquus sine punctis in 4. sine anno et loco, Thessal. 1516, CPolit. 1522, Venetus fol. 1524, Venet. 8. 1527, CPolit. 1546, CPolit. 1547, Ven. 8. 1548, Ven. Hebr.-lat. 1551, Sabionetae tres, cum Targ. an. 1557, sine Targ. 1558, sine punct., et anno in 16., Ven. 8. 1567, Ven. sine punctis 1574, Venet. alter sine punct. 1588, Mantuan. 1589, Ven. 8. 1597, Ven. cum Targ. 1606, Venet. sine Targ. ejusdem anni, Amstelod. 12. 1696, Amstel. 1712, Amstel. 1726, Dyrenfurth. 1729, Mantuan. 1742, Ven. 1741, Amstelod. 8. 1751, Ven. 1755, Venet. cum Targ. 1776, Berolin. 1781, Mantuan. 1783 in 8., et in 4., liber Genes. 4. Flor. 1754. Ita etiam antiqua manu correctum in meis exemplaribus Pent. Veneti 1547, et Ferrar. 1555; in Pent. vero Veneto an. 1777, etsi in textu alia lectio habeatur, notatur ad marg. necessario legendum esse cum ***daleth***. Cum ***daleth*** legendum definit Lonzanus, et reapse in accuratioribus omnibus codicibus legi testatur ad h. l. Norzius, qui hanc lectionem praefert, et in ejus confirmationem Todrosii, ac Masorae auctoritatem profert. ***Chadad*** habet quoque Samar. T, et Arabs, item Complutensis editio LXX, sed corrupte Χόλδαδ, quam sequitur Aegyptius interpres. Chaldaeus in Polyglottis impressus legit ***Adar***, unde mendosa latina ejus versio ***Adad***. Sed saepissime in mss. codicibus, et antiquis editionibus legit cum ***daleth***. Sic legit Targ. cod. meorum 5, 7, 11, 16, 543, 562, 592, 766, Targ. impressum Pent. Sorae 1490, Ulyssip. 1491, antiq. fol. sine an. et loco, Thessal. 1516, Complut. 1517, Ven. fol. 1524, Ven. 8. 1527, CPolit. 1546, CPolit. alterius 1547, Sabion. 1557, Venet. 1567, Mantuan. 1589, Ven. 1597, et 1606. Nec dissentit Jonathan, qui vertit חריפא ***acutus***. Vulgatus editus aliam lectionem habet, sed extant mss. codices Vulgatae versionis, qui legunt ***Adad***, ex quibus unum ego possideo membr. in 12. XIV seculi sub num. 650, ut obiter animadvertimus ***De ignotis antiquiss. edit.*** pag. 15. Ex duabus versionibus orientalibus, quae comitantur Pentat. CPol. 1546, Persica legit ***Chadad***, Arabica ***Chadar***, ut ex duabus occid. alterius Pentat. 1547, hispanica ***Adad***, Graeca vulgaris ***Adar***. Tandem per

daleth Α'δάδης nomen hoc vertit Pent. hellenisticus ineditus Bibl. D. Marci, et cum *daleth* occurrit I Paral. I 30.

Ibid. חדר *Chadar* — הדר *Adar*. Ita cod. meus 262, 404, 669, 766, Biblia Veneta 1566, quorum lectionem absque ullo codicum dissensu confirmat Samar. T., Chaldaeus in Polyglottis impressus, et in nonnullis codicibus, ut in cod. meo 404, Arabs Mauritanus, Arabs Rutilianus, Hispanus etiam interpres, et Graeco-barbarus in Pentateucho CPol. anni 1547.

XXV 23 צעיר *minori* — הצעיר cum articulo, quem nullus exhibet Kennic. codicum, nomen hoc legit Samar. T., et cod. meus 223 ex prima manu.

XXV 26 ויקרא *et vocavit* — ויקראו *et vocaverunt*, cod. meus 223 primo, et Samar. T. Versu proxime praecedenti, ubi legitur impositio nominis Esau, haec in plurali, et ab utroque parente dicitur facta. Idem cod. 223 in hoc versu loco איש ידע ציד *vir gnarus venationis* legebat primo איש ציד *venator*.

XXV 33 כיום *sicut hodie* abest a cod. Kennic. 80, 111, 600, a meo 669 primo, a Vulgato, et Arabe.

XXVI 3 *Omnes regiones* האל *istas*. Samaritanum T., qui legit האלה, confirmat cod. meus 766 primo.

XXVI 24 בעבור אברהם *propter Abraham* — בעבור אברהם אבך *propter Abraham patrem tuum*. Ita cod. meus 18 primo, et Lxx. Lxx et Arabs omittunt sequens verbum עבדי *servum meum*.

XXVII 2 הנה נא *ecce nunc* — הנה *ecce*. Deerat נא *nunc* ex prima manu in cod. meo 16, nec legitur in Lxx, Vulgato et Syro.

Ibid. לא ידעתי *non novi* — ולא ידעתי *nec novi*, cod. meus 223 primo, Lxx, Vulg., Syrus, et Arabs.

XXVII 34 דברי אביו *verba patris sui* — דברי יצחק אביו *verba Isaac patris sui*. Sic legit cod. Kenn. 69, et Lxx in utroque codice Vatic. et Alex., sed Alex. quem Coptus sequitur, anteponit, ut nostra lectio, Isaaci nomen, Vatic. postponit τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἰσαάκ *patris sui Isaac*.

Ibid. לאביו *patri suo* deest in Kenn. codice 155, nec exprimunt Lxx, et Vulgatus. Abrasum etiam reperitur hoc vocabulum in cod. meo 2.

XXVII 39 ומטל *et de rore* — מטל *de rore*, cod. Kenn. 80, et Sam. T., quatuor exceptis codicibus mss.

XXVIII 4 אברהם *Abraham* — אברהם אביך *Abraham patris tui*, cod. Kenn. 109, et Samar. Ex antiquis versionibus additamentum hoc exprimunt Lxx, sed cum suffixo primae personae τοῦ πατρὸς μοῦ cod. Vaticanus, ms. Oxon. Octateuchi graeci, editio Complutensis et Aldina, Chrysostomus, Ambrosius, cum suffixo vero secundae, ut nostra lectio, codex Alexandr., Cyrillus, Theodoretus. Quod ergo de Lxx notat Morinus in *Var. lect. textus Hebraeo-Samar.* pag. 22, de solo codice Vat. accipiendum est. Vocabulum *patris tui* hic etiam addit Chaldaica paraphrasis cod. mei 592.

XXVIII 19 לראשנה *primum* — בראשנה idem cum praefixo *beth*, codex meus 592 primo, et Targ. hujus codicis.

XXIX 22 כל *omnes* deest in Kenn. cod. 80, 109, et in Arabe communi in Polyglottis excuso. Nam arabicus Saadiae textus CPolitanus legit vocabulum גמיע *omnes*, quod Parisiensis omittit.

Deest etiam in Copto. Vulgat. *vocatis multis*.

XXIX 23 ויבא אתה אליו *introduxitque eam ad illum* — ויבא אתה אל יעקב *introduxitque eam ad Jacob*. Ita LXX, quorum lectionem proculdubio primo confirmasse conjicio cod. meum 611 vetustissimum, duobus hic verbis abrasum, et ad marg. suppletum verbo אליו *ad illum*.

XXIX 24 לה *ei* — deest in Sam. T., in Kenn. cod. 152, in cod. meo 18 primo, et Syro.

Ibid. שפחה *ancillam* — לשפחה *in ancillam*, Kenn. cod. 18, 136, cod. meus 16, 419, 10 primo, Sam. T., Targ. cod. mei 16, et infra vers. 19.

XXIX 25 ולמה *et quare* — למה *quare*, cod. meus 419 primo, Vulg., Syrus, et Targ. ejusdem cod. mei 419 ante correctionem.

XXIX 26 במקומנו *in loco nostro* — במקומינו *in locis nostris*, Kenn. cod. 1, 80, 132, 150, 223, 226, 601, ex meis 5, 13, 18, 262, 274, 443, 450, 507, 592. Pluralem lectionem habet etiam Samar. T., reluctantibus tamen mss. codicibus 61, 221, et versionibus omnibus.

XXIX 28 לו לאשה *ei in uxorem* — לאשה *in uxorem*. Repetitum hoc pronomen omittunt codices Kenn. 9, 18, 69, 80, 150, 190, 193, 248, ex meis primo 274, 529, 699, Syrus, et Arabs. Si latinae versioni credimus, omitteret etiam Chaldaeus, qui tamen repetit ליה. Videtur redundare: *et dedit ei Rachelem filiam suam ei in uxorem*, unde forte omissio haec est repetenda. » In nonnullis exemplaribus de-» est dictio לו *ei*, sed in omnibus co-» dicibus hispanicis legitur ». Norzius ad h. l. Coptus una tantum vice, seu posteriori loco, pronomen hoc usurpat.

XXIX 32 שמו *nomen ejus* — את שמו τὸ *nomen ejus* cum nota casus accus. Eam praefigunt cod. Kenn. 1, 69, 109, 136, 150, 155, 169, 181, 193, 196, 602, cod. mei 4, 13, 251, 262, 274, 293, 507, 699, primo 6, 240, 509, nunc 2, ex exteris a me collatis 1, cum quibus concinunt binae antiquae editiones, Pentat. Sorae 1490, antiquus membr. in 4. sine anno et loco, et Samar. T. Vers. sequenti, ubi iterum ante שמו Samar. legit את, seu notam accus. casus, Samaritanam lectionem confirmant ex Kenn. codicibus 155, ex meis 13, 668, 245 primo, ex exteris 1. Et XXX 18 hoc idem verbum שמו *nomen ejus* occurrit in Samar. T. cum hac praefixa nota, quam ex Kenn. codicibus exhibent 185, 193, ex meis 262, primo 419. Et sic deinceps sexcenties, quod notare et monere nec ullius momenti est, nec nostri instituti.

XXX 8 גם *etiam* — וגם *quin etiam*, Kenn. cod. 9, 69, 150, 155, 181, 186, 196, 226, 244, primo 95, 136, quibus ex selectis meis codicibus in hoc loco adstipulantur 549, primo 10, 543, 669, 683, 721, nunc 248, et Samar. T.

XXX 34 כדברך *secundum verbum tuum* — כדבריך *secundum verba tua*. Sic cod. Kenn. 5, 9, 13, 17, 75, 132, 181, 196, 155 primo, 184 nunc, forte 136, ex meis codicib. 10, 16, 17, 18, 296, 543, 611, primo 11, 223, 262, 419, 661, ex exteris meae collationis 1, quorum lectionem auctoritate sua confirmat Samaritanus.

XXX 35 כל אשר *omne in quo* — ואת כל אשר *et omne in quo*, Kenn. cod. 9, 155, 181, praeter 193 tribus litteris abrasum, qui verosimilius ita legebat, et 18, 75, 186, qui omissa accusativi nota legunt וכל. Accedunt ex meis 250, primo 661, 716, et 16 ad marg., Lxx, et Syrus.

XXX 39 נקדים *punctatas*, vel varias — ונקדים *et punctatas*, vel varias. Ita Kenn. cod. 196, meus 2 primo, Lxx, Vulgatus, Arabs communis et Mauritanus.

XXX 42 והיה *fuitque* — והיו *et fuerunt*, cod. Kenn. 686, meus 2 primo, et Sam. T. Favet analogia, quam sequutae versiones omnes antiquae pluraliter vertunt.

XXXI 9 אביכם *pater vester* masc. — אביכן *pater vester* foem. Sic legunt Kenn. cod. 9, 80, 110, 111, 129, 132, 136, 150, 155, 176, 196, 225, 227, 239, 248, 252, ex mea collatione 551, primo 95, 109, nunc 157, praeter 125, et 244, quorum alter *mem* abrasum exhibet, alter supra rasuram. Consentiunt ex meis 5, 8, 10, 12, 13, 14, 16, 17, 199, 251, 257, 266, 274, 419, 443, 464, 475, 476, 507, 543, 549, 592, primo 2, 11, 14, 18, 187, 262, 699, 716, 766, 789, nunc 250, ex exteris a me collatis 1, 33, 35, 60, 85, primo 59, 62, ex editis Biblia Sonc. 1488, Biblia antiqua fol. sine anno et loco, Pentat. Neap. 1491, Pentat. antiquus in 8. in fragmento quod possideo. Ita etiam legit Samar. T., postulatque contextus analogia, quum Jacob alloquatur uxores.

XXXI 13 אשר נדרת *ubi vovisti* — ואשר נדרת *et ubi vovisti*, Kennic. cod. 155, cod. meus 507, 766, primo 419, 543, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Chaldaeus, et Arabs.

Ibid. עתה *nunc* — ועתה *nunc ergo*, Kenn. cod. 17, 18, 69, 75, 129, 150, 181, 196, 248, nunc 95, cod. mei 10, 12, 248, primo 196, 262, 419, 661, 669, 683, nunc 16, 549, Samar., Lxx, Vulgat., et Arabs. Syrus copula destituitur, unde mendosa hic in Polyglottis latina ejus interpretatio.

XXXI 15 נכריות *alienae* — כנכריות *sicut alienae*. Ita Sam. T., Lxx, Vulgat., Syrus, et Arabs, ut jam notaverat Morinus in *Var. lect. Hebraeo-Samar.* pag. 25. Nullus Heb. cod. utriusque collationis, Kennicottianae ac meae, variam hanc lectionem confirmat, nec nos hic eam adnotamus, nisi ut insignem lacunam suppleamus in Bibliis Kenn., in quorum textu Samarit. illa prorsus omissa est.

XXXI 17 את בניו ואת נשיו *filios suos et uxores suas* — את נשיו ואת בניו *uxores suas et filios suos*. Sic nominibus transpositis legunt Samar. T., et Lxx, qui confirmantur a cod. Kenn. 190, a cod. meo 10 valde antiquo, et a Chaldaica hujus codicis paraphrasi.

XXXI 18 מקנה *armentum* — ומקנה *et armentum*. Clarior ac facilior ex copula sensus, eamque addunt cod. Kenn. 602, ac meus 419 primo tum in textu, tum in Targum, quibus concinit Vulgatus. Chaldaeus impressus verbum hoc a sequenti interposita conjunctione sejungit, ac suffixum addit, vertens בעיריה וקניניה *armenta sua et possessionem suam*. Nec ab Onkeloso discordat Jonathan. In multis tamen mss. meis targumicis deest suffixum et copula, ac

legitur cum Hebraeo textu גיתי קניניה *armenta possessionis suae*. Ita etiam lego in Targum impresso Pent. Sor. anni 1490.

Ibid. מקנה קנינו אשר רכש *pecus acquisitionis suae, quod acquisierat*, desunt in Kenn. cod. 1, 6, in meis 532, primo 721, in LXX, Syro, et Arabe. Eorum partem omittit etiam Vulgatus. Chaldaeus legit haec verba, unde male ea reticentur in latina hujus interpretis versione, a qua proculdubio deceptus est Kennicottus, qui *Diss. I de rat. T. Hebr.* pag. 350 notat haec in Chaldaica quoque paraphrasi desiderari. Sunt tamen mss. codices targumici, in quibus desiderantur, ut cod. meus 264, ac primo 9. In cod. Graeco Coisl. haec verba addita sunt ad explendam lacunam, quod additamentum Aquilae esse conjicit Montfauconius, nec male ex Scharfenbergii sententia *Animadv. ad fragm. vers. graec. Spec. I* pag. 29.

XXXI 20 על *super*, vel *eo quod* — עד *donec*. Sic Kenn. cod. 19, codices mei 507, 543, primo 476. Lectionem hanc confirmat Samar. T., et Targ. cod. mei 476, eamque hodiernae anteponit Michaelis *Bibliot. or.* P. IX pag. 200, et *App.* ad XII pag. 28. Sed perperam, ut ego quidem opinor, quum recepta lectio non modo ab antiquis interpretibus suffulciatur, verum et meliorem efficiat sensum, et optime, quod sacer scriptor intendere videtur, ea rationem det, cur Jacobus Labanis cor fuerit furatus, vel deceperit.

XXXI 24 פן תדבר *ne loquaris* — מדבר *a loquendo*, Kenn. cod. 69, 89, 129, 223, 253, ex meis 14, 16, 419, omnes ex prima manu. Lectio quae eundem sensum cum communi habet, ac manifeste videtur desumpta ex vers. 19 hujus capitis. Mendose Kennicottus hodiernam lectionem referens omittit פן.

Ibid. עד רע *usque ad malum* — ועד רע *et usque ad malum*, Kennic. cod. 9, 18, 69, 103, 109, 129, 136, 150, 157, 181, 248, 602, primo 155, cod. mei 17, 230, 443, 721, primo 262, 266, 419, 592, Biblia Sonc. 1488, ac Targ. codicum meorum, 9, 16, 549, primo 419.

XXXI 27 בתף *in tympano* — ובתף *et in tympano*, cod. 1 Kenn., mei 766, primo 13, 340, et ut videtur 223, LXX, Vulgat., Syrus, Arabs, et Targ. cod. mei 766.

XXXI 28 עתה *nunc* — ועתה *nunc autem*, Kenn. cod. 129, 181, meus 549, primo 185, 661, LXX, Vulg., Targ. cod. mei 549.

XXXI 29 אביכם *patris vestri* — אביך *patris tui*, cod. Kennic. 129 primo, Samar., LXX. Melius, inquit Houbigantius, nam sic loquitur Laban vers. inferiori.

Ibid. עד רע *usque ad malum* — ועד רע *et usque ad malum*, Kennic. cod. 18, 69, 95, 109, 129, 150, 152, 181, 193, 223, primo 155, nunc 200, ex meis 16, 443, 549, primo 230, 262, 265, 419, 592, Bibl. Sonc. 1488, ac Targ. mss. meorum codicum 9, 16, 230, 549, 562, primo 265, 419.

XXXI 33 ויבא לבן *et ingressus est Laban* — ויבא לבן ויחפש *et ingressus est Laban, et perscrutatus est*. Ita legunt quatuordecim codices Samaritani recte, nam impressus mendose habet ࠀࠁࠂࠃ,

et Lxx interpretes. Sed hod. Hebr. textum defendit Traegardius in *Diss. de quibusdam inter Hebr. T., et Lxx discrepantiis* pag. 7, contendens merum hoc esse illorum interpretum additamentum. Silent sane codices hebr. utriusque collationis.

XXXI 35 ותאמר אל אביה *Dixitque patri suo* — ותאמר רחל אל אביה *Dixitque Rachel patri suo*. Sic cod. meus 274 antiquissimus, et Syrus.

XXXI 36 מה חטאתי *quodnam peccatum meum* — ומה חטאתי *et quodnam peccatum meum*. Ex Kenn. codicibus lectionem hanc servant 5, 9, 18, 69, 89, 111, 132, 136, 150, 178, 181, 223, 226, 233, 247, 248, 249, 253, 325, 602, primo 82, 144, 155, 193, ex meis 2, 10, 13, 15, 16, 17, 174, 197, 230, 248, 251, 274, 293, 384, 444, 455, 507, 543, 549, 716, 766, primo 12, 18, 185, 223, 240, 262, 264, 265, 266, 296, 419, 476, 592, 606, ex exteris meae collationis 23, 38, 59. Copulam etiam legunt Sam. T., Lxx, Vulgat., Syrus, Arabs uterque communis et Mauritanus, versio Persica, Targum Jonathanis. In Targum Onkelosi in Polygl. Waltoni impresso ea desideratur, sed legitur in Targ. cod. mei 10, 16, 455, 476, 543, 549, primo 266, 419, et in antiquis nonnullis editionibus, videlicet in Targ. Pentat. Sorae 1490, Thessal. 1516, Polygl. Complutensium, et Antwerpiensium. Norzius testatur se ita scriptum reperisse in vetustissimo et accuratissimo ms. volumine Synagogae, in antiquo autem Pentateucho ms. ad marg. moneri in alio exemplari ita primum scriptum fuisse.

XXXI 44 נכרתה *pangamus* — ונכרתה *et pangamus*, mss. Kenn. 1, 89, 129, 132, 136, 150, 184, 189, 193, 196, 199, 233, 602, primo 125, 152, 155, forte 81, item 69, qui legit ונכרת. Lectionem hanc tuentur ex meis mss. 8, 10, 15, 16, 17, 197, 248, 274, 296, 444, 455, 507, 532, 549, 611, 669, 688, 699, primo 5, 262, 419, 464, 476, 754, ex exteris meae collat. 85, Vulgat., Targum Jonathanis, et Targ. Onkelosi in mss. meis codicibus 10, 549, 766, primo 266, 419, et in duobus Pent., Sorae 1490, et Thessal. 1516.

XXXI 46 שם *ibi* deest in codice 237 Kennic., in meo 16 primo, in Vulgato et Arabe.

XXXI 53 אלהי אביהם *Deus patris eorum* — ואלהי אביהם *et Deus patris eorum*, Kenn. cod. 129, 160, 181, 367, 487, 528, primo 155, ex meis 443, primo 16, 230, Targ. cod. mei 549, primo 419. Codex etiam 248 sub fin. lineae verbum hoc appellat cum copula.

Id. אביהם *patris eorum* — אביכם *patris vestri*, Kenn. cod. 252, 440, primo 95, 173, 293, nunc 3, praeter 129, 190, 253 dubios, ex meis 8 nunc, et Targ. cod. mei 265 ante corr.

Id. אלהי אביהם *Deus patris eorum* — אלהי אברהם *Deus Abraham*, Kenn. cod. 150, 528, forte 314, quibus aperte adstipulatur ex meis 17, Samar., Targ. cod. mei 266, et primo 543, qui tamen huic lectioni alteram subjicit. Eam hodiernae praefert Kennicottus, quem confutat Fabricy *Des titres prim.* T. II pag. 485.

Id. אלהי אביהם *Deus patris eorum* absunt a Kenn. cod. 80, 227,

et a Lxx, quos sequitur Aegyptius interpres. Kennicottus, qui haec verba sensum turbare putat, ea primitus in sacro textu non extitisse, sed scribam oscitanter primum scripsisse iterato אלהי אברהם, in אלהי אביהם leviori facta mutatione temporis successu mutata conjicit *Diss. I de rat. T. H.* p. 353. Sed eum refellit Fabricy c. l. Ea etiam cum Lxx omittenda esse vult Houbigantius in h. l.

XXXI 54 לאחיו *fratribus suis* — לכל אחיו *omnibus fratribus suis*, codex meus 592 primo, et clare Targ. hujus codicis. Kenn. cod. 111 לכל לאחיו.

XXXII 6 צאן *pecus* — וצאן *et pecus*. Ita praefixa copula cod. mei 223, 419, uterque ex prima manu, Sam., Lxx, Vulgat., Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 419 ante corr.

XXXII 17 לפני *ante me* — לפניו *ante illum*, Kenn. cod. 69, 150, 196, primo 128, ex meis 251, 266, 419, sed in omnibus ex prima manu. Ita etiam primo, ut videtur, 16.

XXXII 20 גם את השלישי גם את כל ההלכים *etiam tertium, etiam omnes euntes* — וגם את השלישי וגם את כל ההלכים *et tertium quoque, et omnes quoque euntes*. Utrobique copulam exprimit cod. meus 419 primo, Samar. T., et Targ. ejusdem cod. 419. In secundo loco eam quoque habet cod. Kenn. 602.

XXXII 21 לפני *ante me* — לפניו *ante eum*, Kenn. cod. 80, primo 99, cod. meus 549, primo 266, 476, ex exteris 1, seu pontificius, qui auctoritate confirmantur Lxx interpretum, qui vertunt ἐν τοῖς δώροις τοῖς προπορευομένοις αὐτοῦ *muneribus praecedentibus illum*. Sed in Complut. editione, et in Ambrosio, ut notat Junius, deest αὐτοῦ.

XXXII 24 את אשר לו *quod ad eum pertinebat* — את כל אשר לו *omne quod ad eum pertinebat*. Sic cod. Kenn. 173, Samar. T., Lxx, Vulgat., Syrus, Arabs in utroque textu, Parisiensi, et CPolitano. Chaldaeus impressus tuetur lectionem receptam, ac mendosa proinde est latina ejus versio in Polyglottis, sed Targ. cod. mei 419 cum Samar. et ceteris versionibus consentit, vertens et ipsum ית כל דילה.

XXXIII 1 עשו *Esau* — עשו אחיו *Esau frater ejus*, Kenn. cod. 69, et Lxx.

XXXIV 11 ואשר תאמרו *et quod dicetis* — וכל אשר תאמרו *et omne quod dicetis*, cod. meus 766 primo, Lxx, Vulgat., Syrus, et Targ. ejusdem cod. 766.

XXXIV 13 ואת חמור אביו *et Chamoro patri ejus* — ואת אביו *et patri ejus*, cod. meus 500 primo, et Vulgatus. In Persica versione adest Chamori nomen, et ex solo interpretis mendo in latina ejus translatione non comparet.

XXXIV 23 מקנהם *armentum eorum* — מקניהם *armenta eorum*, Kenn. cod. 4, 6, 9, 13, 18, 69, 80, 84, 89, 95, 102, 109, 111, 129, 132, 136, 150, 155, 158, 185, 186, 196, 210, 226, 227, 244, 253, cod. mei 13, 17, 174, 197, 245, 250, 251, 257, 262, 274, 296, 384, 404, 450, 464, 475, 476, 500, 507, 592, 611, 668, 766, 789, primo 3, 11, 14, 223, 265, 266, 408, 419, ex exter. 35, 100, Biblia Sonc. 1488, et tria Basileensia Munsteri anni 1534, 1536, 1546, Pentateuchus antiquus in 4. sine anno

et loco, Samar., Lxx, Chaldaeus, Syrus, Arabs, et Persa. Ad designandam etiam variam hanc lectionem vocabulum hoc cum asterisco notatur in Pentateucho antiquo in fol. sine anno et loco, in Ulyssiponensi 1491, in CPolitanis an. 1505, 1522, 1546.

XXXIV 26 דינה *Dinam* — דינה אחתם *Dinam sororem suam*, cod. meus 766 primo, et Syrus. Deest hoc verbum in Arabe, ac mendose idcirco addit latina ejus versio.

XXXIV 27 בני יעקב *filii Jacob* — ובני יעקב *filii autem Jacob*, cod. 9 Kennic., meus 544 nunc, Samar., Lxx, Syrus, et Arabs. In latina versione Chaldaei extat copula, sed in textu deest.

Ibid. אחותם *sororem suam* – דינה אחותם *Dinam sororem suam*, codex meus 265 primo, Lxx, et Syrus. Cod. meus 443 legebat etiam primo in hoc versu באו מן השדה *venerunt ex agro*, sed nulla ex antiquis versionibus habet hoc additamentum.

XXXIV 28 את צאנם *Oves eorum* — ואת צאנם *Oves autem eorum*, Kenn. cod. 69, mei primo 185, 223, 592, Samar., Lxx, Syrus, Arabs, Persa. Sed octo codices mss. Sam. contra impressi fidem copula destituuntur, quod de nonnullis a se collatis animadverterat jam Morinus *Var. lect. T. Samar.* pag. 28.

Ibid. ואת אשר בעיר ואת אשר בשדה לקחו *et quod erat in urbe, et quod erat in agro, sumpserunt* — ואת כל אשר בעיר ואת כל אשר בשדה לקחו *et omne quod erat in urbe, et omne quod erat in agro, sumpserunt*, cod. meus 669 primo, Lxx, Vulgat., et Targ. cod. mei 766. Ex Kenn. codicibus solus 132 primum כל addit.

XXXIV 29 ואת כל טפם *et omnes parvulos eorum* — ואת טפם *et parvulos eorum*, Kennic. cod. 158, 248, codex meus 766, primo 18, Samar. T., uno excepto cod. 363 Houbig., Vulgat., et Arabs in utroque textu, Parisiensi et CPolitano.

Ibid. ואת כל אשר בבית *et omnia quae erant in domo* — כל אשר בבית *omnia quae erant in domo*. Posterior lectio verba haec connectit cum praecedenti verbo ויבזו, *praedatique sunt omnia quae domi reperiebantur*, eamque confirmant Kenn. cod. 69, 109, Samar., Lxx, Syrus.

XXXV 1 ושב שם ועשה שם *et mane ibi, et fac ibi* — secundum שם *ibi* deficit in cod. meo 9 primo, et Vulgato.

XXXV 7 למקום *locum* — למקום ההוא *locum illum*, cod. meus 2 primo, Vulgatus, et Syrus.

Ibid. ויקרא למקום אל בית אל *vocavitque locum El Beth-el* — ויקרא למקום בית אל *vocavitque locum Beth-el*, cod. meus 18 primo, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs Mauritanus. Codex tamen Vaticanus Lxx, si Cantero credimus apud Junium, pro pronomine sumens אל addit ἐκείνου. Arabs communis postponit hoc vocabulum, nisi quod addit, pro ejus paraphrasi habeatur. Sed paullo aliter additamentum istud exprimit arabicus Saadiae textus CPolitanus, qui pro بيت ايل الى القادر legit בית אל אלי אל טאיק Dei altissimi nomen pro Deo omnipotenti. Sane incommodum est nomen אל *El*, quod hic insertum repetitur, sive illud accipiatur pro pronomine, sive de Deo. Primum non patitur syntaxis, alterum loci appellatio, quae est *Beth-el* sine alio adjuncto, nec adjunctum hoc exprimunt vetustiores versiones.

Ibid. מפני אחיו *a facie fratris sui* — מפני עשו אחיו *a facie Esau fratris sui*, Kenn. cod. 69, 95, 151, 155, cod. meus 543 primo, cod. ms. Samar. 65, Lxx, Syrus, Targum Jonathanis, et Targ. Onkelosi in commemorato meo cod. 543. Ita scriptum etiam primo suspicor in cod. meo 783, seu volum. Pent., in quo bina verba totidem litterarum abrasa sunt, et אחיו super iis rescriptum.

XXXV 19 אפרתה *Ephratha*, vel versus Ephrath — אפרת *Ephrath*, Kenn. cod. 84, 136, 150, 155, 248, ex selectioribus meis 16, 262, primo 419, Biblia Sonc. 1488, Fragmentum, quod possideo, Pentateuchi in 16. antiquae et ignotae editionis, Chaldaeus, Syrus, et Arabs.

XXXV 23 ושמעון *et Simeon* — שמעון *Simeon*, Kenn. cod. 18, 69, 80, 129, 181, cod. mei 16, 174, 455, 592, primo 419, Lxx, et Targ. cod. mei 16. Lxx tamen omittunt etiam copulam in sequentibus nominibus.

XXXV 24 בני רחל *filii Rachel* — ובני רחל *filii vero Rachel*, cod. Kenn. 150, Sam., Lxx, Arabs, et Syrus, etsi latina ejus versio in Polyglottis conjunctionem omittat. Ex Sam. codicibus excipiendus est 363, et quoad num. 670, quem hic memorat Kennic., notandum in Morini excerptis hoc numero designatis binos codices innui: *Oratoriani nostri* בני. Forte ergo praeter 363 respicit Morinus alterum cod. 364, quem negat Houbigantius Morinum vidisse, et ad Oratorii Bibliothecam jam pertinuisse. V. ejus *Proleg.* pag. 183, et Morini *Var. lect. T. Sam.* p. 28.

XXXV 26 ילד *natus est* — ילדו *nati sunt*, Kenn. cod. 485, 529, forte 532, et primo, ut videtur, 318 sub finem una littera abrasus, cod. mei 248, primo 223, 419. Ita etiam postulat analogia, quam sequuntur Sam. T., et antiquae omnes versiones.

XXXVI 2 בת צבעון *filiae Sibeon* — בן צבעון *filii Sibeon*. Sic Sam. T., Lxx, et Syrus, quibus consentit Vulgatus in pluribus mss. codicibus. Quatuordecim ex hisce Vulgati codicibus profert Lucas Brugensis *Not. in Bibl.* pag. 30, quibus accensendus cod. meus 650 integrorum Bibliorum Vulgatae versionis. Infra vers. 24 hujus capitis Ana dicitur vir, ac filius Sibeonis. Nullus tamen hucusque repertus est codex Hebraicus, qui hanc lectionem servet, quod miratur quammaxime Michaelis, ac triste hoc codicum silentium appellat, nec in codicum, qui nobis supersunt, laudem cedens. V. *App. ad T. XII Bibl. or.* pag. 28. Verum difficultas omnis receptae lectionis hodierni textus evanescit, si בת seu *filiae* nomen non ad Anam, sed ad Oolibamam referatur, ac vertatur *filiam Anae, filiam Sibeon*. Interpretationem hanc praefert, et auctoritate etiam latinorum codicum Vulgati confirmat Brugensis cit. l. » Vertendum potius, inquit is, *filiam Anae, filiam Sebeon Hevei*. Et sane » hoc modo, accusandi inquam casu, » tria mss. nostrorum legere comperimus, unum, quod Abbas S. Jacobi » Leodiensis mutuo dedit, alterum, » quod Collegium trilingue annumeravit, tertium quod Augustinus Hunnaeus contribuit. Et quidem primum » Leodiense nonnullam indicat factam » mutationem; secundum vero et tertium omni exceptione majora sunt. » Est aliud ms., quod Atrebatense Col-

» legium suppeditavit, quod illis ac-
» cedens *filia legit*. Videtur autem,
» minus probanda ea lectio *filiam Anae*
» *filiae Sibeon Hevei*, quod sensum
» non habeat, nisi aut nugacem, aut
» falsum. Vel enim significatur Ooliba-
» ma filiam fuisse Anae, et filiae Si-
» beon .... quod est Anae et uxoris
» ejus, id quod frivolum est, vel si-
» gnificatur Oolibama filiam fuisse A-
» nae, et Anam filiam fuisse Sibeon
» Hevei, quod verum non est. Fuit
» enim Ana, ut ex 24 hujus cap. ver-
» su constat, filius Sibeon Hevei ».
Judaei etiam interpretes vocabulum בת *filiae* de Oolibama exponunt, nec hic aliquid repugnans aut absonum video in hodierno textu ita intellecto. Quamobrem varia haec lectio ex Samaritani potius scribae ac Graeci interpretis licentia est repetenda, qui parum haec cohaerere arbitrati, masculinum genus pro foeminino invexerunt. Paulo fusius haec contra Houbigantium et Kennicottum, qui necessario Hebr. Textum hic ad Samaritanum emendandum esse contendunt. V. Houbig. *Notae crit.* in h. l., et Kenn. *Diss. I* pag. 356.

XXXVI 10 אלה שמות *Haec sunt nomina* — ואלה שמות *Haec vero sunt nomina*, Kenn. cod. 129, 150, meus 562 primo, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Targum cod. mei 562, et Hispanica versio Pent. CPol. an. 1547. Atque ad indigitandam, ut arbitror, hanc lectionis varietatem in tribus Pentateuchis CPolitanis, anni 1505, 1522, 1546, vocabulum אלה *Haec* asterisco notatur.

XXXVI 14 בת צבעון *filiae Sibeon* — בן צבעון *filii Sibeon*, Samar., Lxx, et nonnulli Vulg. codices, ex quibus duodecim producit Brugensis p. 31 suarum *Notationum*. Sed plerique codices communem lectionem sequuntur, ipseque Brugensis ita legi animadvertit in novemdecim Antwerpiensibus, et quinque Parisiensibus. Sic legit et cod. meus ms., qui vers. 2 alteram lectionem masc. habet. Silent etiam hic profundissime codices hebraici, quod confirmat, quod superius animadvertimus, Sam. scribam, vel Lxx leviorem unius litterae mutationem invexisse, ut melius sacer textus cohaereret, quod in aliis locis obscuris constat factum fuisse. Nota mendosam hic esse in Polyglottis lat. versionem T. Samaritani, et in cod. meo 14 primo defuisse בת ענה, ac legi tantum *filii Oolibamae filiae Sibeon*.

XXXVI 17 ואלה *Et hi sunt filii Rehuel* — אלה *Hi sunt* absque conjunctione, Kennic. cod. 11, 150, et Sam. T., in cujus latina versione male conjunctio exprimitur. Concinit versio Persica.

XXXVI 20 אלה בני *Hi sunt filii Seir* — ואלה *Hi autem sunt filii Seir*, cod. Kenn. 18, meus 507, Sam., Lxx, Syrus.

XXXVI 23 שפו *Sepho* nomen proprium — ושפו *et Sepho*, cod. meus, 11 primo, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, ac Targ. commemorati mei cod. 11 primo. In nonnullis codicibus, ut Kenn. 249, 615, ex meis 2, 419 nunc, legitur in textu שפי *Scephi*, et keri ad marg. שפו *Scepho*. Reapse I Chron. I 40, ubi repetuntur filii Scobal, hoc nomen scribitur שפי *Scephi*.

Ibid. ואונם *Et Onam* — ואונן *et Onan*, cod. Kenn. 129, meus 592 primo. Cod. Alex. Lxx legit Ὠμάν, eumque sequitur versio Coptica.

XXXVI 24 ואיה *et Aja* — איה *Aja*, Kenn. cod. 129, 155, cod. meus 507, primo 419, Samar., Lxx, Vulgat., Syrus, Targ. cod. mei 419 primo, Arabs CPolitanus, qui hic a Parisiensi textu discedit. Favet etiam analogia contextus: *Et hi sunt filii Sibeon, Ana et Aja*, et ita sine ulla praefixa conjunctione legitur I Chron. I 40. In Targum impresso et Persico textu adest copula, unde male in eorum versione latina reticetur.

XXXVI 27 אלה *Hi filii Etzer* — ואלה *Hi autem filii Etzer*, Kenn. cod. 136, 155, 185, 244, cod. mei 266, 443, 455, 766, primo 262, 562, 825, nunc 419. Cum copula etiam sub finem lineae vocem hanc appellat 549. Accedit Pentat. antiquus sine punctis, anno et loco in 4., Samar. T., Lxx, Vulg., Syrus, Hellenista ineditus D. Marci, Chaldaeus quoque, quamvis in lat. versione non indigitetur conjunctio.

XXXVI 28 אלה *Hi filii Disan* — ואלה *Hi vero filii Disan*, cod. Kenn. 185, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Targum cod. mei 266, 766, et Targ. editum Pentat. Soriani 1490, versio tandem Graeca, seu Hellenist. Veneta D. Marci.

Ibid. וארן *et Aran* — וארם *et Aram*, Kenn. cod. 9, 80, 136, 150, 158, 248, primo 111, 125, forte 6, ex meis 668, primo 16, 444, 464, 500, 789. In 668 suppleta etiam est ad marg. hodierna lectio, non deleta in textu altera lectione. Ex antiquis interpretibus sic legunt Lxx juxta codicem Alexandrinum, Vulgatus, Targum Jonathanis, Targum Onkelosi in codicibus meis 6, ac 500 primo, denique versio Arabica Saadiae Pent. CPolit. 1546, quae hic a communi in Polyglottis impressa recedit.

XXXVI 30 בארץ שעיר *in terra Seir* — בארץ אדום *in terra Edom*, Kenn. cod. 196, 227, cod. meus 251 primo, ac Lxx. Ita etiam ex prima manu fuisse videtur in cod. meo 16, et 274, qui vocabulum *Seir* habent super abrasione, et recentiori manu conscriptum.

XXXVI 31 לבני ישראל *filiis Israel* — בישראל *in Israel*, cod. meus 766, primo 223, et Lxx.

XXXVI 39 בן עכבור *filius Hachbor* desunt in cod. Kenn. 80, in meo 562 primo, in Syro, Vulgato, et Targ. ejusdem mei cod. 562.

Ib. הדר *Adar* — הדד *Adad*, Kenn. cod. 615, primo 4, forte 128, 178. Tam exiguus codicum numerus evincit paucissimos mss. codices fuisse in h. l. a Kennicotto collatos. Ex mss. meis codicibus triginta sex lectionem hanc exhibent, videlicet 5, 13, 17, 197, 251, 262, 296, 384, 404, 444, 500, 529, 532, 549, 554, 611, 674, 678, 754, primo 2, 3, 12, 16, 219, 240, 264, 265, 266, 443, 464, 535, 688, 699, 716, 766, nunc 669, praeter binos exteros 60, primo 62. Ex editionibus ita legit Pentat. Bonon. 1482, antiquus in fol. sine anno et loco, Thessalonicensis 1516, Biblia Ven. 1518, Munsteriana 1536, et Biblia Hartmannorum 1595. Quatuor etiam Pentateuchi antiqui, Ulyssiponensis 1491, ac CPopolitani an. 1505, 1522, 1546, habent hic asteriscum, ut indicetur haec lectio ac codicum discrepantia in hoc nomine legendo. Cum *daleth Adad* legunt Samaritani omnes codices,

quamvis in priori littera dissentiant, ac quinque codices legant הדד cum *he*, alii cum impresso *Chadad* חדד. *Adad* legit Syrus, versio Graeca inedita D. Marci, versio Graeco-Vulgaris CPol. Pent. 1547, ac Chaldaica Onkelosi paraphrasis in mss. meis codicibus 2, 5, 12, 16, 455, 500, 549, 766, primo 264, et ut videtur 266, item in Pentat. Sorae 1490, in Thessalonicensi 1516, et in antiquo in fol. sine anno et loco. Sique facta non est hic litterarum transpositio, favent etiam Lxx, qui legunt Ἀ'ρὰδ. Non aliter porro legitur hoc nomen in loco parallello I Chron. I 50. Masora tamen, Todrosius, Kimchius a Norzio producti receptam lectionem anteponunt.

Id. הדר *Adar* — הדד בן בדד *Adad filius Bedad*. Sic cod. meus 535 primo, et uterque codex Rom., et Alex. Lxx interpretum. Hausta videtur haec lectio ex vers. 35 hujus capitis, ubi Adadi nomen cum hoc additamento occurrit.

XXXVII 4 מכל אחיו *prae omnibus fratribus suis* — מכל בניו *prae omnibus filiis suis*, Kenn. cod. 152, 226, 249, 345, Sam., Lxx, Vulgatus. Syrus et Arabs non definiunt, legentes *prae omnibus ipsis*. Cod. meus 10 habet voc. אחיו super ras., nec dubito, quin primo nostram hanc lectionem habuerit. Utrumque primo legebat cod. Kenn. 9, et meus 475. Vers. praecedenti legitur בניו *filiis suis*, quod forte amanuensibus errandi ansam tribuit.

XXXVII 8 אם משל תמשל *si dominando dominaberis* — ואם *et si dominando dominaberis*, Kenn. cod. 4, 5, 9, 17, 69, 84, 109, 111, 129, 160, 181, 186, 193, 198, 223, 228, 244, 601, 602, primo 155, quibus ex additamentis accedit 384. Ex mss. meis hujus lectionis testes affero 2, 13, 16, 250, 419, 443, 507, 549, 611, primo 11, 185, 230, 262, 554, 592, 665, 683, nunc 12, 766. In 266 additum fuerat *vav* copulativum, quod iterum seriori manu erasum est, et ad marg. 7 notatur in 'מפת Maphteach legi cum copula. Copulam exprimunt, ms. cod. Samar. 64, et versiones omnes antiquae, uno excepto Chaldaeo, qui hic utitur particula disjunctiva או *aut*, etsi non desint targumici codices, ut meus 16, et 549, in quibus legatur conjunctio.

XXXVII 14 ראה *vide* — וראה *et vide*, cod. meus 16, 248, uterque primo, Samar., Vulg., Arabs communis, Arabs Mauritanus. et Persa.

XXXVII 23 את כתנת הפסים *tunica serica* — ואת כתנת הפסים *et tunica serica*. Lectionem hanc, quae duplex vestis genus hic distinguit, tuentur ex Kenn. codicibus 4, 5, 18, 69, 84, 89, 181, primo 155, 170, 109, ex meis 17, 549, primo 2, 16, 262, 266, 419, 543, 592, nunc 554, Vulgatus, et Targ. ms. meorum codicum 549, 592, primo 266, 419. Mendosam tamen lectionem arbitror, quum sacer textus, quod tunicae genus fuerit, quo Josephum fratres expoliaverunt, hoc vocabulo videatur tantummodo declarare. V. Bukentop. *Lux de luce* pag. 7.

XXXVII 28 ויביאו את יוסף *et adduxerunt Joseph* — ויביאו אתו *et adduxerunt eum*, cod. meus 766 primo, Vulgat., Syrus, Arabs. Bis jam praecedit Josephi nomen in hoc versu.

XXXVIII 3 ויקרא *et vocavit ille*, seu Judas — ותקרא *et vocavit illa*, seu uxor Judae, Kenn. cod. 17, 84, 129, 132, 160, 369, 602, 603, nunc 89, praeter 4, qui *jod* habet sup. ras., et primo ita videtur certo legisse. Consonant ex meis 17, 197, primo 419, 443, nunc 529, Samar. T., Arabs, Targ. Jonathanis, et Targ. Onkelosi in cod. meo 419 ante corr. Foemininam lectionem postulat contextus analogia, nec aliter legendum conjiciunt ad h. l. Masorethae. *Tria sunt, quae conjiciuntur legenda* ותקרא, notat hic cod. meus 14. » Alii codices legunt ותקרא *et vocavit illa*, inquit Norzius, juxta alia » verba praecedentia foeminina, sed » in codicibus correctis Toletanis legitur ויקרא *et vocavit ille*, et sic » vertit Targum, et sic scripsit Nachmanides, quod Judas filium suum » vocaverit, nec aliter legitur in Masora.

XXXVIII 17 תתן *dabis* — תתן לי *dabis mihi*, Kenn. cod. 111, cod. meus 16 primo, Lxx, Vulg., Syrus, et Arabs. Chaldaeus, et Samar. pronomen non exprimunt, etsi in eorum lat. versione exprimatur.

XXXVIII 29 ויקרא *et vocavit ille*, seu Judas — ותקרא *et vocavit illa*, seu Thamar, Kenn. cod. 1, 4, primo, ut videtur, 111, qui binas priores litteras super abrasione rescriptas exhibet, ex meis 419, sed ad ejus marg. recentiori manu suppleta est altera lectio. Concinunt Samar., Syrus, Arabs, Targ. Jonathanis. Praecedit etiam Thamaris alloquium, unde favet analogia syntaxis, etsi cod. meus 250, et Kenn. 225 praecedens verbum foemininum ותאמר, genere masc. legant ויאמר, ita ut juxta horum codicum lectionem praecedentia verba non Thamaris sint, sed Judae.

XXXIX 4 וכל יש לו *et omne est ei* — וכל אשר יש לו *et omne quod est ei*, Kenn. cod. 69, primo 9, cod. meus 17. Relativum, quod postulat syntaxis, exprimunt versiones omnes antiquae, illudque necessario hic supplendum esse vult Houbig. in h. l.

XXXIX 12 ויצא *et egressus est*, deest in Kenn. cod. 69, 615, primo in codicibus meis 2, 185, 266, nec exprimit Targ. Jonathanis, Targ. Onkelosi in cod. meo 766, et Arabs Saadiae in neutro textu, Parisiensi, ac CPolitano.

XXXIX 13 וינס החוצה *et fugit foras* — וינס ויצא החוצה *et fugit et egressus est foras*, Kenn. cod. 151, 178, 181, 185, cod. mei 16, 250, 611, primo 18, 592, 699. Ita etiam Samar., Lxx, Targ. cod. mei 16, et 549. Arabs egrediendi verbum exprimit, et alterum fugiendi omittit. Conf. quae de hac lectione notat Neidhart *Obs. critic. cod. Helmst.* pag. 4., et Houbig., qui eam vulgatae anteponit.

Id. וינס *et fugit*, deerat primo in cod. meo 2, nec exprimit Vulgatus. Sed ex pura amanuensis oscitantia videtur omissum; Vulgatus vero, qui hic paraphrastam agit, in eo quod addit *et se esse contemptam*, nostri verbi sensum exhibet, quod saepe facit hic interpres, in hoc autem loco potissimum, ne eadem verba repeteret.

XXXIX 14 לאמר *dicendo*, vel *dicens*, abest a Kenn. cod. 82, 111, 194, a meo 683 primo, nec exprimunt Vulgatus, Syrus, et Arabs, qui tamen videntur potius non vertisse hebrais-

mum, quam hoc verbum non legisse in suis codicibus. In meo codice ipsissima primi scribae manu ad marg. restitutum est.

XXXIX 15 ויצא *et egressus est*, deficiebat primo in codicibus meis 2, 10, 592, nec legit Vulgatus, Targ. Jonathan., ac Targ. Onkelosi ejusdem mei cod. 10, quin recentior ullus scriba suppleverit.

XXXIX 18 וינס החוצה *et fugit foras* — וינס ויצא החוצה *et fugit et egressus est foras*, Kenn. cod. 4, 189, cod. meus 16 sine punctis, et 592 ad marg., Lxx, Syrus, et Targ. cod. ejusdem 592 ex prima scribae manu, et sine ullo correctionis indicio. Suppletur etiam hoc verbum ad marg. in Targ. cod. 766.

XXXIX 23 ואשר הוא עשה *et quod ipse facit* — וכל אשר הוא עשה *et omne quod ipse facit*, Kenn. cod. 9, 69, cod. meus 274 primo hic abrasus, Samar., Lxx, Vulgat., Syrus.

XL 1 למלך מצרים *regi Aegypti*. Deerant ex prima manu in cod. meo 340, nec legit Vulgatus, Arabs communis in Polyglottis impressus, et Rutilianus. In arabico textu CPolit., et in Arabe Mauritano leguntur ملك مصر.

XL 19 מעלך *de super te*, vel *a te*, aberat primo a cod. meo 18, et 674, nec habet Vulgatus. Sed ut abest superius v. 13, nonnisi incuria amanuensium ad hunc vers. animum intendentium omissum puto.

XLI 3 ודקות *et graciles* — ורקות idem mutato synonimo Samar. Textus, quem confirmant cod. 1 Kenn., ex meis 16, et ut mihi videtur, 174.

XLI 4 Eadem variatio reperitur in Samar. T., cui adstipulantur ex Hebr. codicibus Kenn. 1, ex meis 507, primo 2, nunc 16, nec aliter videtur legere 196.

XLI 19 ורקות *et tenues*, vel graciles — ודקות alio synonimo Kenn. cod. 1, 80, 155, 166, 200, 210, primo 84, 109, 132, forte 136, 158, cod. mei 15, 17, 219, 223, 251, 262, 408, 475, 529, 549, 766, primo 5, 6, 13, 14, 16, 185, 250, 518, 535, 543, 592, 669, 674, 754, 825. Sic videtur legere 196, et legisse ex prima manu 18. Ad dubios referendi quoque 554, 678. Accedit ex exteris a me collatis 103, et Kenn. 551, seu Parmensis regius, qui praeterea versu sequenti hanc eandem var. lectionem, quam nullus exhibet Kenn. codicum, aperte suppeditat.

Ibid. לא ראיתי *non vidi* — ולא ראיתי *nec vidi*, Kenn. cod. 84, 155, 223, 615, cod. mei primo 250, 262, 266, 716, Syrus, et Chaldaeus in cod. meis 12, et 549. Ad marg. Kenn. 223, seu Regiom., communis lectio est restituta, teste Lilienthalio in ejus *Descript*. pag. 104.

XLI 20 הבריאת *pingues* — והבריאת *et pingues*, Kenn. cod. 1, 17, 18, 80, 81, 102, 108, 109, 129, 132, 136, 155, 181, 199, 200, 253, 615, primo 99, forte 150, quibus adstipulantur ex meis 15, 16, 17, 197, 274, 455, 507, 549, 678, 716, 766, primo 2, 11, 12, 223, 240, 266, 668, 699, nunc 475, Samar., Targ. Jonathanis, ac Targ. Onkelosi in mss. meis codicibus 11, 12, 16, 266, 274.

XLI 21 ומראיהן *et aspectus earum* plur. — ומראהן *et aspectus earum* sing. Kenn. cod. 1, 9, 129, 139, 155,

190, Samar., Syrus, Arabs, Chaldaeus. Vulgatus non exprimit. Favet analogia syntaxis ob adjectivum sing. רע *malus*, quod sequitur. Ex selectioribus, et antiquioribus meis codicibus diligenter hic collatis nullus defective legit, et optime plurale hoc nomen cum singulari adjuncto hic connexum exponit R. Immanuel in inedito suo Commentario in h. l. quod מראה כל אחד מהן היה רע *aspectus uniuscujusque ex illis esset malus*, seu macilentus.

XLI 23 שדפות *arefactae* — ושדפות *et arefactae*, K. cod. 17, 18, 69, 80, 109, 129, 181, 193, 199, primo 155, ex meis 16, primo 223, 419, Sam., ac Targ. cod. mei 5, 16, 257, 549, primo 266.

Ibid. אחרידם *post eos* — אחריהן *post eas*, Kenn. cod. 1, 9, 11, 17, 18, 75, 80, 84, 89, 109, 110, 111, 129, 132, 150, 196, 253, 602, primo 95, nunc 69, 157, forte 155, quibus accedunt ex meis 2, 5, 14, 16, 197, 245, 250, 257, 262, 266, 384, 404, 414, 419, 464, 500, 535, 543, 562, 668, 766, primo 174, 296, 476, nunc 3, ex exteris a me collatis 1, 37, 83, primo 2. Foemininam lectionem habet etiam Samar. T., eamque postulat syntaxis analogia, quam versiones omnes sequuntur. Antiquae tamen editiones summo consensu enallagen hic generis in scripturis creberrimam exhibent, ut monuimus pag. 30 *Specim. pontificii codicis*, variam hanc lectionem illustrantes.

XLI 27 שדפות *arefactae* — ושדפות *et arefactae*, Kenn. cod. 18, 69, cod. meus 223 primo, Samar., Lxx, Vulgatus. Chaldaeus non copula, ut in latina ejus versione fit, sed relativo verbum hoc cum praecedentibus connectit. Sed praefixam copulam habet Targum cod. mei 16.

XLI 28 אשר האלהים *quod Deus* — את אשר האלהים *illud quod Deus*, Kenn. cod. 89, 111, 199, 225, 249, cod. mei 668, primo 262, 419, 464, 669, quorum lectionem auctoritate sua confirmat Samar. T. Paullo supra ita legitur, unde forte amanuenses notam את hauserunt.

XLI 34 וחמש *et quintam* proventuum *accipiat* — וחמישן *et quintam accipiant*. Sic cod. meus 543 primo, Lxx, Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 16, et 543. Targum impressum legit hoc verbum in singulari, ac mendosa idcirco habenda ejus versio latina.

XLI 37 ובעיני כל עבדיו *et in oculis omnium servorum ejus* — ובעיני עבדיו *et in oculis servorum ejus*, Kenn. cod. 18, 69, 84, 150, cod. mei ex prima manu 10, 265, 404, 476, quibus adstipulatur Syrus interpres. Lectionem hanc in textu non servat Chaldaeus; quamobrem in latina ejus versione in Polyglottis saepe mendosa ac fallaci supplendum est vocabulum *omnium*.

XLI 38 איש *virum* — איש נבן *virum intelligentem*, cod. meus 223 primo, cum quo consentit Arabs, addens et ipse nomen عاقلا *intelligentis*, sed postpositum.

XLI 43 ויקראו *et clamabant* — ויקרא *et clamabat*, Kenn. cod. 109, 193, 199, Samar., Lxx, Syrus, Vulg., et Arabs. Chaldaeus legit in plurali, unde iterum corrigenda latina ejus versio in Polyglottis.

Ibid. ונתון *et dando* — ונתן *et dedit*, cod. meus 592 primo, ut ego con-

jicio, nec aliter legisse videntur Lxx, Chaldaeus, et Arabs. Favet Sam., et lectio defectiva, seu sine *vav*, plurium codicum, ex Kennicottianis 5, 11, 80, 109, 150, 158, 229, ex meis 16, 18, 251, 669, 789, quibus accedunt Biblia Sonc. 1488. Pro אברך quod praecedit, cod. meus 18 primo legebat ברך, quae lectio cum hac nostra quammaxime congruit. Item cod. meus 265 pro בכל *in omnem* legebat ex prima manu in hoc versu על כל *super omnem*.

XLI 45 על ארץ מצרים *super terram Aegypti* — בכל ארץ מצרים *in omnem terram Aegypti*, Kenn. cod. 150, 196, ex meis 250, primo 265, 683. Ita etiam cod. meus 668 primo, sed retento על *super omnem terram*, Lxx, Syrus, Arabs, Chaldaeus in mss. meis codicibus 11, 16, 265. Targum in Polyglottis impressum כל non exprimit, quamobrem iterum errat latinus ejus interpres.

XLI 51 כל עמלי *omnis doloris mei* — עמלי *doloris mei*, Kenn. cod. 69, 84, cod. mei 223, 467, uterque primo, et Sam. T.. Cod. meus 661 legebat prima manu כי נשני אלהים מכל עמלי *quoniam sustulit me Deus ab omni dolore meo*.

XLI 53 היה *fuit* — היו *fuerunt*, Kenn. cod. 81, 109, 129, 155, 181, 248, 389 B, 615, cod. mei 15, 262, 716, primo 2, 12, 250, 266, 384, 419, 443, 543, quibus suffragatur antiqua editio Pent. memb. in 4. sine anno et loco, Sam. T., versiones omnes antiquae, et syntaxis analogia ob plurale שני *anni*, quod praecedit. Pluralem lectionem singulari praefert Neidhartius *Obs. crit. ad cod. Helmst.* pag. 5. Locus parallel. ac plur. lectio reperitur v. 48. hujus cap.

XLI 55 אשר יאמר *quod dicet* — ואשר יאמר *et quod dicet*. Sic Kenn. cod. 4, 69, 181, 193, 388, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs. Chaldaei textus conjunctione caret, ac proinde male haec in latina ejus versione adhibetur. Accedit cod. meus 766, et primo 419, qui praeterea in hoc versu loco לכל מצרים *omnibus Aegyptiis*, legebat ante correctionem אל מצרים *ad Aegyptios*, ut Kennicottiani 9, 184, quibus aliquommodo favere videntur Vulgatus et Arabs.

Ibid. תעשו *facietis* — עשו *facite*, cod. meus 611, Lxx, Vulg., et Arabs.

XLI 56 על כל פני הארץ *super omnem faciem terrae* — על פני כל הארץ *super faciem universae terrae*, Kennic. cod. 18, 69, 80, 129, 132, 136, 193, 196, ex meis 12, 17, 264, 507, 669, primo 3, 18, 296, Samar., Lxx, Syrus. Chaldaeus servat receptam lectionem, ac mendose alteram hic obtrudit latina ejus versio. Cod. meus 11 omittebat ex prima manu פני *faciem*, nec illud exprimit Vulgatus, et 661 legebat primo על כל ארץ מצרים *super omnem terram Aegypti*, sed deletis punctis hodierna lectio ad marginem est suppleta.

Id. על כל פני הארץ *super omnem faciem terrae* — על פני הארץ *super faciem terrae*, cod. meus 185, 699, uterque ante corr., et Arabs.

XLI 57 בכל הארץ *in universa terra* — בכל ארץ מצרים *in universa terra Aegypti*, cod. meus 265 nunc, et Syrus. Non aliter proculdubio, ut ego quidem opinor, legebat olim cod. meus 539, qui vocabulum הארץ *terrae* super

duorum vocab. ras. exhibet. Kenn. cod. 125 habet מארץ מצרים *de terra Aegypti*, addens et ipse Aegypti nomen.

Id. בכל הארץ *in universa terra* – בארץ *in terra*. Sic primo cod. 1 ex exteris meae collationis, seu pontificius, cujus lectioni favet Arabs, vertens in utroque textu Parisiensi, et CPol. *in regionibus eorum*.

XLII 1 ויאמר יעקב *dixitque Jacob* – ויאמר *dixitque*. Repetitum Jacobi nomen, quod in textu redundat, omittit cod. meus 10 primo, Lxx, Vulg., et Arabs. Chaldaeus exprimit, unde male a latino ejus interprete in Polyglottis reticetur, quod et de latina vers. Samar. T. dicendum. Kennicottus notat omitti Jacobi nomen in cod. 84, sed cum bis illud occurrat, nec consueta diacritica nota utatur, ignotum est, num de primo, an vero de secundo hoc intelligendum sit.

XLII 3 ממצרים *ex Aegypto* – במצרים *in Aegypto*. Sic legunt Kenn. cod. 4, 18, 19, 69, 89, 132, 150, 191, 193, 196, 244, 253, 388, 600, nunc 89, ex meis 10, 13, 16, 17, 18, 197, 250, 251, 262, 455, 467, 476, 507, 539, 606, 668, ad cujus tamen marg. alia lectio apposita, primo 9, 14, 196, 230, 265, 266, 419, 443, 500, 579, 669, 688, 754, 825, nunc 543, 611, 674, ex exteris a me collatis 1, 60, 85, primo 23, 59, 63, nunc 61. Ita etiam lectum primo videtur in cod. meo 783, seu Pent. volumine, in quo *mem* super ras. rescriptum est. Concinunt Bibl. Sonc. 1488, Vulgatus, et Coptus, qui hic a Lxx recedens vertit ϧⲉⲛ ⲭⲏⲙⲓ *in Aegypto*. Primaria Pent. editio Bononiensis 1482 habet utramque lectionem, seu litteram *mem* punctis vocalibus instructam litterae *beth* absque *daghesc* in sequenti. In Londin. Polyglottis perperam Chaldaeum ita exprimit latina versio, ac si et ipse huic lectioni adstipularetur, quum in ejus textu communis lectio habeatur, ut in *Spec. pont. cod.* animadvertimus. Non desunt tamen codices targumici, qui hanc lectionem sequantur, et ex meis ita legunt cod. 16, primo 11, 266.

XLII 5 היה *erat* — חזק *praevaluerat*, Kenn. cod. 84, 158, ex meis 543, 699, uterque ex prima manu, et Syrus. Cod. 248 Kenn. utrumque habet.

XLII 6 הוא המשביר *ipse vendebat* – והוא המשביר *et ipse vendebat*, cod. Kenn. 84, cod. mei 16, primo 262, 419, Samar., Vulg., Syrus, Arabs, Coptus, Targ. Jonathanis, ac Targ. Onkelosi in comm. meo codice 16.

Id. המשביר *vendebat* — המשביר בר *vendebat frumentum*, cod. meus 2 primo, seu seriori manu correctum frumenti vocabulum legit, quod contextus postulat, et exprimunt Vulgatus et Chaldaeus.

XLII 10 אליו *ad eum*, deest in Kenn. cod. 170, 181, in meo 450 primo, nec habent Lxx, Vulgatus, et Syrus.

XLII 13 שנים עשר עבדיך אחים *duodecim servi tui fratres sumus* — שנים עשר אחים עבדיך *duodecim fratres servi tui*, cod. meus 18, et Syrus. In Chaldaei textu non legitur haec transpositio, ac male hic eum repraesentat lat. versio.

Ibid. היום *hodie*, deerat primo in cod. meo 2, nec legit Vulgatus. Legitur tamen in Samar. T., in reliquis versionibus, et infra v. 32, ubi

verba haec Josepho dicta patri repetunt filii Jacob.

XLII 21 צרת *angustiam* — בצרת idem cum praep. ב *in*, cod. meus 223 primo, ac Samar. T.

XLII 25 ויעש *et fecit* — ויעשו *et fecerunt*, cod. Kenn. 196, Vulgat., et Syrus. Videtur etiam congruentior haec lectio ob plur. quod praecedit. Sed optime verbum istud ad Josephum refertur, non ad Josephi ministros, tantaque auctoritate innititur communis lectio, ut respui nequeat.

XLII 32 האחד *unus* — והאחד *et unus*, cod. Kenn. 150, cod. meus 16, Samar. T., et Syrus interpres.

XLII 34 את אחיכם *fratrem vestrum* — ואת אחיכם *et fratrem vestrum*, cod. Kenn. 199, cod. mei 223, primo 262, 419, Lxx, Vulgat., Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 16, et ante corr. 419.

XLIII 8 אביו *patrem suum*, deest in cod. meo 18 primo, et Arabe.

Ibid. טפינו *parvulos nostros* — טפנו *parvulum*, seu *prolem nostram*. Singularem lectionem exhibent ex Kenn. codicibus 4, 5, 6, 8, 11, 19, 67, 81, 82, 83, 89, 94, 95, 100, 101, 102, 103, 105, 108, 110, 124, 128, 129, 136, 140, 144, 150, 151, 158, 169, 170, 173, 175, 176, 177, 178, 185, 190, 209, 225, 226, 228, 254, nunc 168, 181. Ex meis 2, 3, 5, 8, 9, 11, 12, 15, 16, 17, 185, 187, 196, 199, 230, 233, 245, 250, 266, 274, 293, 296, 319, 340, 384, 404, 408, 410, 412, 414, 419, 443, 444, 450, 464, 467, 475, 507, 509, 529, 535, 554, 579, 592, 604, 606, 668, 674, 678, 683, 695, 699, 716, 745, 782, 783, 789, 825, primo 661, nunc 223, ex exteris a me collatis 34, 35, 45, 66, 83, 85, 88, 90, 100, 103. Kenn. mss. addendi 502, seu Pent. Heb.-persicus Vatic., 550, 551 Parm. regii hic a Kennic. omissi. Accedunt editiones innumerae, Bibl. Brix. 1494, antiqua sine anno et loco, Complut. 1517, Ven. utraque 1518, Ven. rabb. 1526, Venet. 1528, Basil. Munsteri Heb.-lat. 1534, Hebr. ejusd. 1536, Hebr.-lat. ejusdem 1546, Veneta 1544, Paris. Rob. Stephani utraque 4. et 16., Venet. rabb. 1549, Ven. 1551, Ven. 1563, Plantin. 8. 1566, Ven. 1566, Ven. rabb. 1569, Ven. 4. 1570, Antwerp. sine punct. 1573, Polyglotta Antwerp., Bibl. Hartman. 1595, Polyglot. Hutteri 1599, Quadril. Hamburg. 1603, Bibl. Lugd. B. 1610, Veneta 1613, Bibl. triglotta 1616, Ven. 12. 1615, Veneta rabb. 1617, Genev. 16. 1618, Ven. 1627, Amstel. 1630, Ven. 1635, Amstel. 1639, Ven. 1647, Polyglot. Lond. 1657, Nisseliana 1662, Amstelod. Athiae 1667, Clodii 1677, Jablonskii 1699, Amstel. sine p. 1701, Amstel. Torresii 1705, Opitii 1709, Jablonsk. 1711, Maii 1712, Maii et Burckl. 1716, Michaelis 1720, Ven. 1730, Reinecii 1739, Veneta 1739, Zullichav. 1741, Mant. Norzii 1742, Forsteri 1750, Simonis 1752, Reinecii 1756, Venet. 1766, Pisana 1782, Pentateuch. Bonon. 1482, Sor. 1490, Ulyssip. 1491, Neapol. 1491, Brix. 1492, Brix. alter 1494, antiq. fol. sine anno et loco, antiquus 4. sine anno et loco, CPol. 1505, Thessal. 1516, CPol. 1522, Ven. 1524, Venet. 1527, CPol. 1546, CPol. alter

1547, Ven. 1547, Venet. duo 4. et 8. 1548, Sabionet. tres 1557, 1558, et tertius sine punct. absque anno, Venet. 1567, Venet. sine p. 1574, Venet. sine p. 1588, Mant. 1589, Venet. 1597, Veneti duo cum Targ. et sine Targ. 1606, Hanov. cum tripl. Targ. 1614, Amstel. 1696, Amstel. 1712, Dyrenfurth. 1729, Ven. 1741, Mant. 1742, Amstelod. 1751, Veneti tres 1755, 1776, 1777, Pisan. 1782, Mant. duo 4. et 8. 1783, Genes. Paris. 1535, Genes. Flor. 1754. Binae editiones a Kenn. omissae sunt, quae dicuntur ab eo collatae in integrum, Pent. Ulyssiponensis, et secunda Athiae Biblia 1667. Singulari lectioni favent etiam LXX, Chaldaeus, Syrus, analogia, quia nomen hoc collectivum est, caretque plurali, ut animadvertunt lexicographi. Codex meus 419 legit וגם טפנו cum copula, quam nullus exhibet Kenn. codicum.

XLIII 9 מידי *de manu mea* — ומידי *et de manu mea*, cod. meus 419 primo, et Arabs.

Ibid. וחטאתי לך *et peccabo in te* — וחטאתי לאבי *et peccabo in patrem meum*, Kenn. cod. 150, 160, cod. meus 274, ad cujus tamen marg. hodierna lectio suppleta. Cod. meus 668 utrumque habet. Lectionem hanc habet Syrus, Coptus, Chaldaeus in cod. meo 16, et locus parallellus XLIV 32, ubi haec verba repetuntur, et unde forte ab amanuensibus est petita. Ex hujus sane loci confusione orta videtur J. H. Michaelis in h. l.

XLIII 13 שובו *revertimini* — ושובו *et revertimini*, cod. Kenn. 18, 84, 155, cod. mei 611, primo 248, 250, 419, et ut videtur, 262. Conjunctionem habent quoque Samar. T., Vulg., Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 419, et 549.

XLIII 15 ומשנה כסף *et duplex argentum* — ומשנֵה cum tzere et in statu constructo *et duplum argenti*. Sic cod. mei 2, 9, 10, 11, 12, 16, 17, 18, 219, 223, 230, 304, 319, 340, 412, 413, 450, 475, 543, 549, 576, 604, 674, 695, 699, 766, 789, nunc 562, ex exteris 100, cum quibus congruit ms. Erfurtense IV apud Michaelis *Not. ad Biblia Hal.*, Biblia Soncin. 1488, Syrus, et Arabs. Cod. meus 223 legit praeterea הכסף cum articulo.

Ibid. מצרים *Aegyptum* — מצרימה *in Aegyptum*, Kenn. cod. 4, 17, 18, 84, 150, 196, 615, primo 155, ex meis 6, 16, 549, primo 262, 419, 443, 543, 668, Sam. T., et analogia syntaxis, quam versiones omnes sequuntur. Scribae etiam conjiciunt ita legendum, et ob hanc masoretharum conjecturam notat cod. meus 240 hic ab amanuensibus errari.

XLIII 20 ויאמרו *et dixerunt* — ויאמרו אליו *et dixerunt ad eum*, cod. Kenn. 189, cod. meus 455 primo, et Syrus.

XLIII 21 בידנו *in manu nostra* — בידינו *in manibus nostris*. In plur. legunt mss. Kenn. 5, 9, 69, 81, 84, 89, 109, 111, 132, 155, 178, 193, 196, 248, primo 136, ex meis 13, 16, 17, 174, 251, 262, 264, 455, 464, 476, 503, 592, 688, 766, 825, primo 5, 8, 223, 467, 500, 562, LXX, et versio Sam. ࠁࠉࠃࠉࠍࠅ.

XLIII 22 בידנו *in manu nostra* — בידינו *in manibus nostris*, cod. Kenn. 9, 80, 84, 109, 125, 129, 132, 136, 150, 152, 155, 181, 193, 227, 248, primo 168, cod. mei 13, 16,

251, 476, 503, 535, 766, 825, primo 8, 17, 223, versio Sam., et Arabica Mauritana. Communis vertit utrobique معنا *nobiscum*, ut posteriori hoc loco Lxx.

Ibid. לא ידענו *non novimus* — ולא ידענו *nec novimus*, Kenn. cod. 18, 84, 181, cod. mei 16, primo 223, 250, et Arabs.

XLIII 23 אביכם *patris vestri* — אבתיכם *patrum vestrorum*, cod. K. 150, cod. meus 825 primo, Samar., Lxx.

XLIII 26 וישתחוו לו ארצה *et prostraverunt se illi ad terram* — וישתחוו לו אפים ארצה *et prostraverunt se illi facie ad terram*, Kenn. cod. 136, 155, 196, 615, ex meis 12, 250, 562 ante corr., Lxx, Vulgatus, et Targ. commem. mei cod. 562. Lectio forte petita ex vers. 6. praeced. cap. XLII.

XLIV 4 לא הרחיקו *non longe erant* — ולא הרחיקו *nec longe erant*, cod. Kenn. 111, ac meus 419 primo, Vulgatus, Syrus, Arabs Saadiae in utroque textu Paris. ac CPolitano, et Targ. cod. mei 419 primo. Nonnulli etiam codices pro את העיר legunt מן העיר *ex urbe*.

XLIV 6 את הדברים האלה *verba haec* — כדברים האלה *secundum verba haec*, cod. Kenn. 150, forte 136, cod. meus 10, Lxx, Targ. ejusdem mei cod. 10, quibus concinit Syrus ita legens in textu ܐܝܟ ܡܠܐ ܗܠܝܢ, etsi latina ejus versio alteram lectionem obtrudat.

Id. הדברים *verba* — כל הדברים *omnia verba*. Sic cod. mei 5, 16, 262, 265, 419, 668, in quorum tamen plerisque כל *omnia* est sine punctis. Ita etiam Targum cod. meorum 5, et 265.

XLIV 16 מה נדבר *quid loquemur?* — ומה נדבר *et quid loquemur?* Kenn. cod. 69, 111, ex meis 196 primo, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, etiam in textu CPolitano.

XLIV 24 אבי *patrem meum* — אבינו *patrem nostrum*, cod. Kenn. 5, 69, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Chaldaeus quoque in ms. meo cod. 543.

XLIV 26 ונאמר *et diximus* — ונאמר לאבינו *et diximus*, vel respondimus *patri nostro*, cod. Kenn. 109, Syrus, et Coptus.

XLIV 30 אתנו *nobiscum* — אתי *mecum*, Kenn. cod. 686, et Sam. T. Sed vetustae omnes versiones plur. legunt, uno Copto excepto, qui sing. lectionem sectatur.

XLIV 34 אתי *mecum* — אתנו *nobiscum*. Sic bini ex meis codicibus ex prima manu, 543, et 661, quorum lectionem confirmant Lxx μεθ' ἡμῶν. Ad dubios referendus Kenn. 5. A codice meo 2 aberat primo hoc verbum, nec exprimit Vulgatus.

XLV 16 ובעיני עבדיו *et in oculis servorum ejus* — ובעיני כל עבדיו *et in oculis omnium servorum ejus*, Kennic. cod. 1, 69, Vulg., et Arabs tum Paris., tum CPol. an. 1546.

XLV 18 טוב *bona* — כל טוב *omnia bona*, cod. meus 825 primo, Lxx, Vulgatus.

XLV 25 ארץ *terram* — ארצה *ad terram*, Kenn. cod. 129, 155, 196, 200, 210, 227, 248, primo 136, cod. mei 10, primo 16, 500, 543, 661, 262. Ita Samar. T., et analogia syntaxis, quam sequuntur versiones omnes antiquae. Cod. meus 264, et 825 legebant primo אל ארץ *ad terram*, et 265 בארץ *in terram*.

XLV 28 ויאמר ישראל *Dixitque Israel* — ויאמר *Dixitque*. Abest Israelis

nomen a cod. meo 2 ex prima manu, nec illud exprimunt Vulgatus, Syrus, Arabs in neutro textu, Paris., et CPolitano.

Ib. רב *sat* — רב לי *sat mihi*, Kenn. cod. 129, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Chaldaeus.

XLVI 5 ואת טפם *et prolem suam* — את טפם *prolem suam*. Ita sine praefixa copula Kenn. cod. 75, 109, 178, cod. mei 10, 683, 766, 789, primo 11, 250, 262, 503, 543, Biblia Sonc. 1488, et Targ. cod. mei 248, et 766.

XLVI 6 ואת רכושם *et substantiam suam* — ואת כל רכושם *et omnem substantiam suam*, cod. Kenn. 4, 5, 69, 129, 155, meus 16 ad marg., primo 562, Lxx, Vulgatus, Targ. cod. mei 562, et Targ. impressum Pentat. Sor. an. 1490.

XLVI 7 אתו 1.° *secum* deest in cod. Kenn. 109, ex prima manu in codicibus meis 251, 543, 562, in Arabica Saadiae versione Paris., ac CPolitana, et in Chald. paraphrasi cod. mei 543. Vulgatus neutrum exprimit. Lxx primum hoc habent, secundum negligunt, et cum iis congruit Targ. cod. mei 5.

XLVI 9 ובני ראובן *Filii autem Ruben* — בני ראובן *Filii Ruben*, cod. meus 668, ex exteris meae collationis 66, uterque ex prima manu, Vulg., et Syrus.

Ib. וחצרן *et Chetzron* — חצרן *Chetzron*. Ita legunt ex Kennic. codicibus 4, 5, 9, 18, 69, 75, 80, 84, 89, 95, 108, 111, 129, 132, 136, 168, 176, 186, 190, 193, 226, 244, primo 228, ex meis 2, 3, 18, 174, 248, 250, 262, 265, 266, 274, 296, 443, 467, 476, 500, 507, 535, 549, 592, 611, 669, 678, 716, 766, primo 11, 12, 16, 419, 503, 543, 683, 699, 789, ex exteris a me collatis 37, 85, primo 23, nunc 38. Lectionem hanc sequuntur Biblia Sonc. 1488, Samar., Lxx, Targum utrumque Jonathanis et Onkelosi, Arabs CPolitanus Saadiae 1546, qui hic ab impresso in Polyglottis discedit, et locus parallellus Exod. VI 14.

XLVI 11 קהת *Keath* nomen proprium — וקהת *et Keath*, Kenn. cod. 1, 4, 9, 18, 69, 75, 84, 129, 150, 151, 155, 160, 177, 178, 186, 196, 200, 236, 244, 247, 248, 551 a me collatus, 601, 603, primo 109, 111, 158, 168, 170, codices mei 15, 17, 174, 185, 245, 251, 274, 443, 455, 507, 532, 592, 606, 669, 699, 766, primo 2, 6, 12, 13, 14, 16, 18, 196, 230, 262, 264, 265, 266, 296, 340, 419, 562, 668, 789, ex exteris meae collat. 85. Copulam exprimunt Vulgatus, Syrus, Arabs communis, Arabs Mauritanus, versio Persica, Targum Jonathanis, Targ. Onkelosi in ms. meo cod. 16, et in Pent. Sorae 1490. Legitur etiam Exod. VI 16, et Num. III 17 locis huic nostro parallellis, et Biblia Rabb. 1526 notant ad marg. correctissimos codices legere וקהת *et Keath*, quod idem notat Pentat. Venetus an. 1547. Ex his constat quam crasse erret Norzius, qui scribit in h. l. in omnibus codicibus legi *Keath* sine conjunctione.

XLVI 16 שוני *Scuni* nomen proprium — ושוני *et Scuni*, Kennic. cod. 84, 95, 109, 294, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, et Persa. In tex-

tu Chaldaei desideratur conjunctio, unde mendosa hic latina ejus versio in Polyglottis. Legitur tamen in Targ. cod. mei 16.

XLVI 22 אשר ילד *qui geniti sunt* — אשר ילדה *quos genuit illa*, seu Rachel, cod. Kenn. 1, 84, 151, 152, 157, 158, 181, 226, 367, 440, 514, 516, 529, 536, 595, 601, primo 3, 9, 343, 362, 383, 388, 517, 622, forte 111, 639, cum *he* add. ad marg. 477. Consentiunt ex meis cod. 250, primo 16, 17, 262, 543, nunc 592, Samar., Lxx, Vulgat., Syrus, et Chaldaica Onkel. paraphrasis in mss. meis 9, 16, 476, 543, 562. Var. hanc lectionem masorethicae praefert Neidhartius *Obs. crit. ad cod. Helmst.* pag. 5.

XLVI 26 כל נפש *omnis anima* — וכל נפש *omnis autem anima*, cod. meus 16 primo, Lxx, et Targ. Pentat. Sorae 1490.

XLVI 27 ילד *natus est* — ילדו *nati sunt*, Kenn. cod. 80, 95, ex prima manu 316, 389, ex meis 223, 233, uterque ante correct., quibus adstipulatur Samar. T., ac favet contextus analogia, ob quam lectionem plur. singulari anteponit Houbigantius in h. l.

XLVI 34 כל רעה *omnis pastor* — כל רעי *omnes pastores*. In plur. legunt ex Kenn. mss. 80, 84, 136, 181, 389 A, primo 81, nunc 69, ex meis 17, 185, 197, 251, 245, 296, 443, 475, 500, 507, 529, 668, 766, 789, primo 562, ex exteris a me collatis 23, 29, 62 ad marg. In plurali Pentateuchus antiquus in fol. sine anno et loco, unica ex antiquis editionibus, quae hanc lectionem servet, tum Samar. T., Vulgatus, Syrus, ac Targum utrumque Onkelosi ac Jonathanis. Cod. 2 ex exteris meae collationis notat ad marg. ד׳ כת׳ ה׳ וק׳ י׳ *quatuor sunt* (in scripturis רעה), *quae scribuntur cum* he *in sing., et leguntur per* jod *in plur.*

XLVII 3 רעה *pastor* — רעי *pastores*. Sic legunt Kenn. cod. 1, 11, 125, 186, 225, 226, 330, 340, 343, 379 A, 423, 424, 436, 437, 528, 529, 536, 588, 608, 612, primo 109, 136, 379, 548, 602, 643, nunc 4, 69, 346, 411, forte 478, 518, 601, ex meis cod. 197, 248, 503, 529, 789, 825, primo 223, 419, 562, 674, nunc 10, 668, ex exteris a me collatis 62 ad marg., ex editionibus Pentateuchus Sorae 1490, Samar., Lxx, Vulgatus, Syrus, Arabs, Onkelosus, ac Jonathan. In plur. textum hunc affert Maimonides Parte III cap. 39. *Morè Nevochim* in antiquissima et prima hujus libri editione litteris quadratis sine anno et loco apud me extante, in tribus meis mss. 280, 557, 660, in uno ms. Hebraico, et tribus Arabicis Bibliothecae Bodlejanae a Kennicotto laudatis pag. 23 *Dissert. gener.*, quibus tamen binos alios arabicos ejusdem Bibliothecae antiquiores, qui sing. lectionem tuentur, opponit Brunsius in supplementis ad eandem *Dissert. gener.* pag. 103. Plur. lectioni favet quoque analogia contextus, eamque singulari anteponere non dubitat Houbigantius in h. l.

XLVII 9 שני *annorum* deest in cod. Kenn. 84, in Sam. T., et Vulg., qui tantum legunt *dies vitae patrum meorum*.

XLVII 17 מקניהם *armenta sua* — מקנהם *armentum suum*, cod. mei 266,

274, 539, 695, nunc 450, Pentat. Bonon. 1482, et Syrus. Cod. meus 475 notat ad marg. in *Sepher torà*, seu volumine Pent. ad synagogae usum defective ac singul. legi.

Ibid. בכל מקנהם *in omni grege eorum* — בכל מקניהם *in omnibus gregibus eorum*, Kenn. cod. 3, 4, 9, 11, 18, 69, 75, 80, 84, 89, 94 A, 95, 99, 108, 109, 110, 111, 129, 136, 155, 158, 160, 170, 173, 176, 181, 184, 185, 190, 210, 223, 226, 227, 244, 601, 603, 615, primo 81, 82, 139, forte 128, 135, 209, cod. mei 5, 6, 10, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 174, 196, 251, 257, 262, 274, 296, 384, 404, 408, 443, 455, 464, 500, 503, 507, 535, 543, 576, 606, 611, 699, 766, 825, primo 2, 9, 12, 187, 223, 230, 265, 266, 340, 419, 683, 716, 754, 789, et ut videtur, 412. Ita etiam Biblia Sonc. 1488, Complut. 1517, Veneta 1615, Veneta 1635, Amstel. Proops. 1725, Veneta 1730, Pentat. Mant. 1589, et Veneti quatuor 1597, 1741, 1755, 1777, Samar., Lxx, Vulgatus, Chaldaeus, et ad var. hujus lectionis indicium vetustae nonnullae editiones, ut Pent. Ulyssip. 1491, antiquus in fol. sine anno et loco, ac bini CPolitani an. 1505, et 1522 dictionem hanc exhibent asterisco notatam. Biblia Norzii sub fin. paginae verbum hoc etiam plene, et plur. appellant, quod tamen editoris, vel typographi mendum puto in textu defective illud legi non animadvertentis. Nonnulli codices mei omittunt ex prima manu ובמקנה הצאן, quod in hoc versiculo legitur, quodque una cum praecedenti vocabulo omittit etiam Syrus. Alii legunt illud sine copula.

XLVII 21 ועד *et usque* — עד *usque*. Samar. textui, qui copulam omittit, adhaerent Heb. cod. Kenn. 4, 109, 199, cod. mei 549, 592, 669, Lxx, Vulg., Arabs, Targ. cod. mei 549.

XLVII 28 ויהי ימי *et fuit dies* — ויהיו ימי *et fuerunt dies*, Kenn. cod. primo 529, 636, et 609 abrasus, forte 356, 630, ex meis 223, 606, uterque ex prima manu, Samar., et versiones omnes analogiam secutae, quae plur. lectionem postulat.

XLVII 30 כדברך *secundum verbum tuum* — כדבריך *secundum verba tua*, Kenn. cod. 5, 6, 9, 75, 80, 84, 111, 129, 132, 136, 155, primo 81, cod. mei 10, 18, 174, 250, 766, primo 12, 223, 230, 419, Biblia Sonc. 1488, et Samar. T.

XLVIII 10 לא יוכל *non poterat* — ולא יוכל *nec poterat*, Kenn. cod. 9, 18, 69, 95, 181, ex meis 16, 262, primo 2, Lxx, Vulgatus, Syrus, et Arabs.

XLVIII 12 וישתחו *et adoravit* — וישתחוו *et adoraverunt*, Kenn. cod. 89, Samar., Lxx, Syrus. Lectionem hanc probat Michaelis *Bibl. or.* P. IX pag. 208, eamque receptae praefert Hufnagelius in not. ad *Selecta V. T. capita* pag. 63, sed meo quidem judicio immerito. Suffixum singulare vocabuli לאפיו *in faciem suam* evincit de Josepho loqui sacrum contextum, qui tamen una cum filiis coram patre procubuisse intelligendus est. Verbum etiam, quod praecedit, et quod sequitur, singulare est, et ad Josephum refertur: *Et eduxit Joseph .... et accepit Joseph*.

XLVIII 13 את שניהם *ambos illos* deest in cod. meo 16 ex prima manu, Vulgato, et Arabe.

XLVIII 22 ואני נתתי *et ego dedi* — ואני הנה נתתי *et ego ecce dedi*, Kenn. cod. 5, 9, ex meis 18, 274, uterque ante correctionem, Syr., et Targ. cod. mei 16.

XLIX 6 בקהלם *in coetu eorum* — ובקהלם *et in coetu eorum*, Kenn. cod. 4, 9, 69, 80, 84, 95, 111, 129, 132, 193, 199, 367, primo 109, 170, 355, quibus addendus 226 omissus, et cod. mei 250, primo 6, 16, 18, 554, 668, Samar., Lxx, Vulgat., Syrus, Targum Jonathanis, Targ. Hierosolym., et Targ. Onkelosi cod. mei 16.

XLIX 8 ישתחוו לך *adorabunt te* — וישתחוו לך *adorabuntque te*, Kenn. cod. 1, 80, 84, 152, 223, 600, cod. mei 251, 549, 699, primo 262, 464, 543, 554, Arabs communis, Arabs Maurit., et Targ. cod. mei 549.

XLIX 13 על צידן *super Sidon* — עד צידן *usque ad Sidon*, Kenn. cod. 1, 69, 80, 125, primo 84, nunc 129 praeter 109, et 294, qui *lamed* supra rasur. habent, et ex prima manu nostram hanc lectionem videntur certo habuisse. Concinunt et mss. meis cod. 2, 535, 554, 264 ad marg. 766, 825, primo 11, 296, 592, nunc 8, 10, 304, Pentateuchus antiquus in fol. sine anno et loco, unica, ut videtur, editio, quae lectionem hanc servet, item Samar. T., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs communis, Arabs Samar. ineditus cod. Barberini, Arabs Rutilianus, Targ. Jonathanis, Hellenistica demum versio inedita Pent. Veneti D. Marci, quae vertit *μέχρι Σίδωνος usque ad Sidon*. Targum Onkelosi in Polyglottis Londinensibus excusum hodiernam lectionem tuetur, unde mendosa hic latina ejus versio. At plurimi codices targumici Onkel. legunt עד *usque*. Sic legunt ex meis codicibus 6, 8, 9, 10, 11, 12, 24, 230, 245, 248, 257, 264, 265, 266, 419, 455, 500, 543, 549, 562, 592, quibus Pontificius addendus est. Ex Chaldaicis vero editionibus ita habent Bononiensis omnium prima an. 1482, Sorae 1490, Ulyssip. 1491, antiqua in fol. una cum Pent. sine anno et loco, CPolitanae an. 1505, et 1522, Thessalon. 1516, Sabion. 1557. Nec aliter legendum conjiciunt ad h. l. masorethae, ut testantur ad marg. cod. meus 2, 240, ex exteris a me collatis 2, et alii. Confer. quae de hac lect. notavimus in *Spec. pont. cod.* pag. 79 et *De ignotis edit.* pag. 16.

XLIX 24 משם *inde* — ומשם *et exinde*, Kenn. cod. 109, 181, cod. mei 11, 262, 419, 443, 661, omnes ex prima manu, quibus suffragatur Sam. cod. 61 primo, et Syrus.

XLIX 25 ואת שדי *et cum omnipotente* — ואל שדי *et Deus omnipotens*. Sic Kenn. cod. 84, 150, meus 766, et Sam. T.. Cod. meus 2 notat ad marg. ק׳, seu legendum esse ואל *et Deus omnipotens*. Favent, Chaldaeo excepto, vetustae versiones, ac praesertim Syrus, qui certe ita legit in suo codice, vertens, seu potius ipsissima verba retinens ܘܐܠܠܗ ܫܕܝ. Non aliter in codicibus suis legisse Lxx jam animadvertit Grabius *Observ. in Gen. XLIX* editis in T. IV *Repertorii orientalis* pag. 35.

XLIX 28 ישראל *Israel* — יעקב *Jacob*, Kenn. cod. 101, 104, meus 825 primo, et Lxx.

Ibid. איש אשר *unusquisque, cui* — איש *unicuique*. Relativum אשר, quod hic redundat, et incommodum est, desideratur in cod. Kenn. 6, 178, in cod. meo 503 antiquissimo, et in Samar. T., nec illud exprimunt antiquae versiones, unico Chaldaeo excepto, qui tamen in mss. meis cod. 12, 455, et in Pentat. Bonon. 1482, omittit et ipse relativum די, et cum Sam. congruit.

XLIX 30 בארץ כנען *in terra Canaan* — אשר בארץ כנען *quae est in terra Canaan*, cod. meus 766 primo, et Syrus.

XLIX 31 שמה קברו את יצחק *hic sepelierunt Isaac* — ושמה *et ibi sepelierunt Isaac*, Kenn. cod. 18, 109, cod. mei 8, 549, primo 250, 419, 543, 604, forte etiam primo 262. Concinit Sam. T., Syrus, Arabs, versio Persica, Targ. cod. mei 11, et 766, qui codex 766 in hoc versu loco ושמה legit ex prima manu ושם, ut Samar. T.. Ex Kenn. codicibus nullus Samar. hanc lectionem exhibet.

L 7 זקני ביתו *seniores domus ejus* — וזקני ביתו *et seniores domus ejus*, Kenn. cod. 9, 18, 84, 155, 181, cod. mei 16, 250, primo 240, 419, 543, 554, 766, Biblia Sonc. 1488, Lxx, Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 549, et ex prima manu 230, 266.

Id. זקני ביתו *seniores domus ejus* — וכל זקני ביתו *et omnes seniores domus ejus*, cod. meus 18 primo, et Vulg., qui omisso praecedenti nomine legit *omnes senes*.

L 8 ואחיו *et fratres ejus* — אחיו *fratres ejus*, cod. Kenn. 18, 181, cod. mei 250, primo 419, Sam. T., uno excep. cod. 363, et Targ. cod. mei 419.

Ib. ובית אביו *et domus patris ejus* — וכל בית אביו *et omnis domus patris ejus*, cod. Kenn. 248, et Lxx.

L 12 ויעשו בניו לו *et fecerunt filii ejus ei* — ויעשו לו בניו *et fecerunt ei filii ejus*. Ita transpositis verbis legunt Kenn. cod. 84, 109, ex meis 669, Samar. T., Lxx, Syrus, et Arabs. Utrobique לו Kenn. 75.

Ibid. כן *sic* deest in Kenn. cod. 75, 173, in meis 18, 174, utroque ex prima manu, in Vulgato, et in Targ. cod. mei 562. In textu Syro, et Chaldaeo impresso habetur hoc adverbium, nec nisi ex interpretis oscitantia in latina utriusque versione omissum est. Cod. Vat. Lxx habet, sed omittit verba quae sequuntur, *sicut praeceperat eis*. Cod. Alex. haec verba supplet, et כן omittit. Arabs loco כן *sic* legit כל *omne* in utroque textu, Paris. ac CPolitano.

L 15 את כל הרעה *omne malum* — את הרעה *malum*, cod. mei 18, et 296, uterque ex prima manu, et Arabs communis, a quo tamen dissentit textus CPolit., qui legit בנמיע אלשר *omne malum*.

L 18 ויפלו לפניו *et procubuerunt ante eum* — ויפלו לפניו ארצה *et procubuerunt ante eum in terram*, cod. meus 543 primo, et Vulgatus.

L 25 מזה *exhinc* — מזה אתכם *exhinc vobiscum*. Vocabulum אתכם *vobiscum* hic addunt Kennic. cod. 111, 226, 248, 474, 592, 593, 603, 611, 612, primo 441, forte 415, ex meis 688, primo 16, 661, nunc 592, ex exteris a me collatis 45 primo, Biblia Sonc. 1488, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs in utroque textu, Paris., et CPolitano, et Targum cod. exter. meae collationis 45 ante corr., et Exod. XIII 19, ubi Josephi verba repetuntur, hoc additamentum occurrit.

EXODUS.

Cap. II 20 קראן vocate — וקראן vocate igitur, cod. meus 554 primo, et Lxx.

II 22 ויקרא et vocavit ille, seu Moses — ותקרא et vocavit illa, seu Sephora. Foeminino genere legunt Kenn. cod. 150, 199, cod. mei 503, primo 250, 262, 419, 554, 668. Cod. 16 priores hujus verbi litteras super abrasione rescriptas exhibet, ut nullus dubitem, quin ita ex prima manu habuerit, nec aliter primum extitisse videtur in 12. Concinit Chaldaica Onkelosi paraphrasis in mss. meis 419, et 549, favetque analogia contextus ob verbum *peperit*, quod praecedit. Masorethae etiam conjiciunt genus masculinum poni hic pro foeminino. Loci hujus difficultatem et amphibologiam auferre nisi sunt Graeci interpretes, repetentes Mosis nomen, quod tamen legitur tantum in Vaticano, non in Alexandrino codice.

II 24 את יצחק cum Isaac — ואת יצחק et cum Isaac, Kenn. cod. 69, 150, cod. mei 265, 419, 592, omnes ex prima manu, Samar., Lxx, Syrus, Arabs communis Saadiae, Arabs Hebraeo-Mauritanus, versio Persica Tawosi, Targum Jonathanis, Targ. Onkelosi in mss. meis 8, 9, 10, 404, 476, 592, et in antiquis nonnullis editionibus, Pentat. Ulyssipon. 1491, Pent. antiqui in fol. sine anno et loco, CPolit. 1505, et 1522, Thessal. 1516.

III 5 נעליך calceamenta tua — נעלך calceamentum tuum, Kenn. cod. 4, 69, 75, 80, 84, 109, 110, 129, 136, 150, 155, 158, 160, 168, 170, 186, 193, 227, 551 ex mea collatione, 615, cod. mei 16, 17, 245, 248, 250, 419, 476, 554, 611, primo 185, 265, 606, 716, nunc 592, ex exteris meae collationis 1, Samar., Lxx, Vulgatus, Chaldaeus, Arabs communis, et Hebraeo-Mauritanus, Pent. tandem Hellenist. Ven. ined., qui vertit τὸν σὸν ἐμβάδαν. Nota in Bibliis Sonc. 1488, saltem in duplici, quod apud me extat, exemplari, *jod* non apparere, quod tamen ex editionis et typorum defectu factum opinor.

Ibid. רגליך pedibus tuis — רגלך pede tuo, Kenn. cod. 4, 18, 69, 75, 80, 84, 108, 109, 110, 128, 129, 136, 150, 155, 158, 160, 170, 176, 178, 186, 193, 210, 226, 227, 244, 251, et ex mea collatione 551, cod. mei 5, 17, 18, 197, 245, 248, 250, 262, 266, 274, 293, 296, 414, 419, 455, 464, 476, 611, 695, 699, 716, 766, primo 3, 16, nunc 233, ex exteris a me collatis 57, 90, Samar., Arabs uterque, communis, et Mauritanus, quibus adstipulatur Pent. Graecus, vel Hellen. ineditus Bibl. D. Marci, vertens ἄνωθεν τοῦ σοῦ πόδος. Chaldaeus de utroque numero sumi potest. In sing.

producitur etiam a Kimchio in primaria editione sine anno et loco *Libri radicum*, seu Lexici Hebraeo-Biblici ad voc. נעל.

III 6 אלהי יצחק *Deus Isaac* — ואלהי יצחק *et Deus Isaac*, Kenn. cod. 1, 69, 253, ex meis 606, primo 262, Samar., Lxx, Arabs.

III 8 והחתי *et Chittaei* — החתי *Chittaei*, Kenn. cod. 111, 150, 248, nunc 168, 389 A, cod. mei 185, 264, 554, 592, primo 12, 265, 543, 661, Samar., et Targ. in mss. meis cod. 592, 766, primo 264.

III 10 ממצרים *ex Aegypto* — מארץ מצרים *de terra Aegypti*, cod. Ken. 600 ad marg., 389 A nunc, ac forte 170, ex meis 16, primo 543, Lxx, Arabs, Targ. eorumdem mss. meorum codicum 16, et ex prima manu 543.

III 12 את העם *populum* — את עמי *populum meum*, cod. meus 264 primo, Lxx, Vulgatus.

III 14 לבני *filiis* — אל בני *ad filios*, cod. Kenn. 1, 5, 9, 89, 109, 111, 129, 139, 150, 155, 181, 200, 247, primo 4, 171, 615, cod. mei 2, 10, 16, 174, 245, 248, 262, 274, 503, 549, 592, 699, primo 12, 18, 196, 296, 443, 476, 668, 669, 688, 754, nunc 507. Ita etiam primo scribere incoeperat scriba cod. mei 554, et cod. 3 notat ad marg. alia exemplaria legere אל בני *ad filios*. Mss. codicibus accedunt ex editis Biblia Sonc. 1488.

III 15 אלהי יצחק *Deus Isaac* — ואלהי יצחק *et Deus Isaac*, cod. mei 16, 18, 419, 592, omnes ex prima manu, Samar., Lxx, Arabs, Persa, et Targ. cod. mei 419 sine punctis.

III 17 והחתי *et Chittaei* — החתי *Chittaei*, cod. Kenn. 8, et Sam.. Cod. meus 185 haec notat ad marg. » In » libro *Maphteach* legitur *Chittaei*, sed » in exemplari meo legitur *et Chittaei*.

III 18 ואמרתם *et dicetis* — ואמרת *et dices*, cod. Kenn. 189, cod. meus 419 primo, Lxx, Vulgatus, Chaldaeus in eodem ms. meo 419 ante correctionem.

Ibid. ועתה *et nunc*, deest in Kenn. cod. 189, Samar., Lxx, Vulg.

IV 5 אלהי יצחק *Deus Isaac* — ואלהי יצחק *et Deus Isaac*, cod. meus 592 primo, Sam., Lxx, Arabs.

IV 6 ויוצאה *et eduxit illam* — ויוצאה מחיקו *et eduxit illam de sinu suo*, cod. Kenn. 109, cod. mei 16, 262, 296, 419, omnes ex prima manu, Samar., Lxx. Hoc additamentum exhibet quoque cod. Kenn. 75, sed loco מחיקו legit מחיקה. Chaldaeus illud non habet, unde corrigenda latina ejus versio in Polyglottis. Lectio forte hausta ex vers. sequenti, ubi haec eadem verba occurrunt.

IV 18 אל יתר *ad Jether* nom. prop. — אל יתרו *ad Jethro*, cod. Kenn. 150, Samar., Vulgat., Syrus, Arabs, Targ. ms. mei cod. 16.

IV 19 מצרים *Aegyptum* — מצרימה *in Aegyptum*, cod. Kenn. 69, 132, 150, 184, primo 158, cod. mei 592, primo 262. Ita legit Sam., et Talmud Babil., et ita fert ס׳, seu scribarum conjectura, et analogia contextus, quam antiquae omnes versiones sequuntur. Bini alii cod. Kenn. 5, primo 109, et ex meis 3, 264, lectionem sequuntur huic nostrae affinem, legentes במצרים *in Aegyptum* cum *beth* praefixo.

IV 29 כל זקני *omnes seniores* — זקני *seniores*, cod. meus 18 nunc, et Lxx.

Ibid. זקני בני ישראל *seniores filiorum Israel* — זקני ישראל *seniores Israel*, K. cod. 69, 95, 101, 168, cod. mei 274, 408, 611, primo 10, 766.

IV 30 כל הדברים *omnia verba* — כל הדברים האלה *omnia verba haec*, K. cod. 155, 248, ex meis 265, 554, uterque ex prima manu, Lxx. In Complutensi tamen editione Lxx interpretum deest ταῦτα, ut notat Junius *Annot.* in ms. Alex.

V 2 לשלח את ישראל *ut dimittam Israel* — לשלח את בני ישראל *ut dimittam filios Israel*, cod. meus 592 primo, Lxx, Arabs.

V 3 ויאמרו *Dixeruntque* — ויאמרו לו *Dixeruntque ei*, cod. meus 440 sine punctis, et Lxx.

V 8 נזבחה *sacrificemus* — ונזבחה *et sacrificemus*, K. cod. 18, 69, 155, 181, 193, primo 1, 136, cod. mei 443, primo 230, 419, 554, 592, nunc 174, ex exteris meae collationis 50 primo, Biblia Sonc. 1488, Lxx, Vulgatus, Arabs communis, Arabs Mauritanus, versio Persica, Targum in mss. meis codicibus 9, 16, 248, 543, 549, 592, primo 266, 419. Vers. 3 hoc idem verbum cum copula connectitur, unde forte errandi occasio amanuensibus enata.

V 10 ויאמרו *et dixerunt* — וידברו *et locuti sunt*, Samar. T., et Biblia Sonc. 1488.

V 11 קחו לכם תבן מאשר תמצאו *sumite vobis paleam ex eo quod invenietis*. Deest vocabulum תבן *paleam* in cod. meis 16, 592, utroque ex prima manu, nec exprimit Vulgatus.

V 17 נזבחה *sacrificemus* — ונזבחה *et sacrificemus*, cod. Kenn. 1, 84, 129, 181, ex meis 11, 554, uterque primo, Samar., ms. Alexand. Lxx, Vulgatus, Arabs communis, et Mauritanus, versio Persica, Targ. mss. meorum codicum 9, 16, 248, 265, 266, primo 419. Quod tamen ad Sam. attinet, sex Samar. codices mss. copula destituuntur.

Ibid. נזבחה ליהוה *sacrificemus Domino* — נזבחה לאלהינו *sacrificemus Deo nostro*, cod. Kenn. 13, 181, ex meis 440, primo 503, Lxx, Jonathan, Onkel. in ms. meo 9, Arabs Mauritanus. Cod. meus 404 ex prima manu utrumque legit ליהוה אלהינו *Domino Deo nostro*. Sed petita mihi videtur proculdubio haec lectio ex vers. 3, et 8 hujus capitis; Lxx autem saepe nomen יהוה *Domini* per Deum vertunt, et Complutensis editio pro τῷ Θεῷ ἡμῶν *Deo nostro* legit τῷ κυρίῳ ἡμῶν *Domino nostro*.

V 22 אדני *Adonai* — יהוה *Jeoàh*, cod. Kenn. 1 ad marg., 13, 80, 128, 189, 389 A, primo 168, cod. mei 2, 503, 562, 592, 579, 699, in quorum tamen plerisque alia lectio ad marg. suppleta, nunc 549, ex exteris cod. a me collatis 37, 38, Bibl. Soncin. 1488, Biblia Brix. 1494, Pent. Brixien. 1492, et Brix. alter 1494. Utrumque legunt Kenn. 181, meus 17.

Ibid. למה זה שלחתני *quare misisti me?* — ולמה *et quare misisti me?* cod. Ken. 1, 5, 9, 18, 69, 81, 84, 89, 111, 129, 150, 151, 152, 158, 199, 225, 247, 248, 249, 615, primo 155, nunc 157, cod. mei 2, 16, 248, 250, 251, 266, 274, 443, 507, 554, 611, 716,

825, primo 6, 11, 12, 18, 196, 223, 230, 262, 296, 404, 419, 503, 543, 579, 592, 668, 669, 699, nunc 10, ex exteris a me collatis 23 primo. Accedunt Biblia Soncin. 1488, Brixiensia 1494, bini Pentateuchi Brix. 1492, 1494, Samar., Lxx, Syrus, Onkel., Jonathan, Arabs communis, et Rutilianus.

Id. למה זה *quare hoc* — למה *quare*. Pronomen זה, quod hic redundat, non legitur in cod. Kenn. 13, in meis 174, 592 primo, nec exprimunt Lxx, Vulg., Syrus, et Arabs.

VI 2 אלהים *Deus* — יהוה *Dominus*, cod. meus 476, 592, uterque ex prima manu, Samar., Syrus, Jonathan, Onkelosus. Cod. meus 262 utrumque habet.

VI 6 ובשפטים *et in judiciis* — ובמשפטים idem alio synonimo Samar., et cod. meus 296 primo.

VI 15 וצחר *et Sochar* — וצחר *et Sohar*, cod. Kenn. 166, Bibl. Sonc. 1488, Samar., Lxx, Vulgatus.

VI 20 משה *Mosem* — משה ואת מרים אחתם *Mosem, et Mariam sororem eorum*, cod. Kenn. 686, Samar., Lxx, Syrus. » Quod addunt Samaritani, inquit ad h. l. Houbigantius, » id legunt etiam Graeci interpretes, » et id esse autographum persuadetur ex » eo, quod memorantur in hac genealogia personae istae, quae historia » subsequentis pars aliqua, aut magna » extiterunt, ut extitit Mosis soror. » Conf. et Kenn. *Diss. gener.* pag. 125.

VI 23 את אלעזר *Eleazar* — ואת אלעזר *et Eleazar*, cod. Kenn. 6, 69, 80, 84, 150, 158, 160, 178, 181, 199, 200, 389 A, 602, 603, primo 4, 155, cod. mei 13, 16, 230, 248, 250, 554, primo 262, 419, 592, 611, cod. Samar. 62, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Persa, et Targ. in mss. meis 10, 16, 549, 562, primo 12, 419. Targum in Polyglottis excusum copula destituitur, etsi haec in latina ejus versione habeatur, quod idem de Samar. T. impresso dicendum, in cujus lat. versione male iterum nexus apponitur.

VI 27 ממצרים *ex Aegypto* — מארץ מצרים *de terra Aegypti*, cod. Kenn. 4, 107, 136, 196, primo 244, ex meis 14, 296, uterque primo, Sam., Lxx, Syrus, Arabs communis, Arabs Mauritanus, Targ. cod. mei 419. Ita legendum conjiciunt scribae, ut notat ad marg. cod. meus 754, nec aliter legitur praecedenti versu. At vero quod ad Lxx attinet, codex Alex. legit cum hod. codicibus ἐξ Αἰγύπτου.

VI 30 לפני יהוה *coram Domino* — אל יהוה *ad Dominum*, cod. meus 419 primo, et Syrus. Sic etiam conjicio primum legisse cod. meum 754, qui habet לפני super ras.. Singularis est lectio, quam ex prima manu referebat cod. meus 10 יהוה *Domine*.

VII 19 על יאריהם *super rivos eorum* — ועל יאריהם *et super rivos eorum*, cod. Kenn. 4, 69, 81, 84, 111, 150, 158, 193, 196, 199, 600 ad marg., primo 155, cod. mei 16, 17, 549, 716, 766, primo 9, 223, 440, 592, 683, nunc 248, 543, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs communis, et Mauritanus, Targ. mss. meorum 11, 16, 248, 257, 543, 562, 592, 766, primo 12, 230, 266, et Targ. impressum in Pentat. Sorae 1490, et in Polyglottis Antwerpiensibus.

VII 27 לשלח *dimittere* — לשלח את עמי *dimittere populum meum*, cod. Kenn. 18, 109, 150, 170, codex meus 262 primo.

Ibid. כל גבולך *omnem terminum tuum* — גבולך *terminum tuum*, cod. Kenn. 69, 103, 109, meus 754 primo, et Arabs.

VIII 1 על היארים *super rivos* — ועל *et super rivos*, cod. Kenn. 9, 17, 18, 69, 109, 132, 136, 178, 193, 248, 251, 602, 615, primo 1, 155, cod. mei 10, 14, 16, 197, 245, 248, 262, 265, 543, 549, 716, primo 419, Sam., Lxx, Vulgat., Syrus, Arabs, et Targ. mss. meorum cod. 11, 16, 265, 543, primo 12, 266.

VIII 6 כדברך *secundum verbum tuum* — כדבריך *secundum verba tua*, cod. Kenn. 84, 132, 193, 248, primo 9, ex supplem. 686, cod. meus 592, et Samar.

VIII 9 מן החצרת *ex atriis* — ומן *et ex atriis*, cod. Kenn. 17, 69, 75, 89, 109, 111, 129, 199, 244, 249, 389 A, primo 155, 128, cod. mei 1, 16, 250, 251, 262, 274, 440, 543, 549, 592, 669, 716, primo 2, 9, 12, 223, 233, 248, 443, 503, Pentat. Sorae 1490, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs communis, Mauritanus, Targ. mss. meorum cod. 10, 11, 16, 248, 266, 549, 592, primo 12, et Targ. impressum Sorae 1490, Ulyssip. 1491, Thessal. 1516, CPol. 1522, et Complutense; nec aliter textum hunc producit Kimchius in *Libro Radicum*, et R. Parchon in inedito suo *Mechabberoth*, seu Lexico Heb.-Bibl. apud me extante, quod est Kimchiano antiquius.

VIII 13 ויעשו *Et fecerunt* — ויעש *Et fecit*, cod. Kennic. 84, meus 766 primo, Syrus, favetque textus analogia.

Ibid. כל עפר *omnis pulvis* — ובכל עפר *et in omni pulvere*, cod. meus 233 primo, et Lxx. Cod. meus 592 notat ad marg. ex scribarum conjectura כל stare pro וכל *et omnis*, quod et animadvertit Norzius, et ita legunt ex Kenn. cod. 181, primo 125, 155, et Syrus.

VIII 20 ובית *et domum* — ובבית *et in domum*, cod. Kenn. 129, 181, meus 549, primo 789, sicque conjiciunt legendum masorethae. Favet analogia, quam sequuntur Lxx, Syrus, Chaldaeus, sed hic adhibita praepos. ל.

VIII 21 אל משה *ad Mosem* — למשה *Mosi*. Lectionem hanc Samar. T., cui ob sequens ולאהרן *et Aaroni* favet etiam contextus analogia, tuentur cod. Kenn. 18, 69, 129, 155, 190, 251, ex meis 17, primo 18, 562, 668. Contra nonnulli codices analogiam secuti receptae lectionis pro ולאהרן legunt ואל אהרן *et ad Aaron*. Ejusmodi sunt ex Kenn. 17, 136, ex meis 549, primo 443, 669, quibus addendus 16, qui subintellecta prima particula legebat ex prima manu ואהרן *et Aaron*. Sed crebrae occurrunt in mss. codicibus hujusmodi praepositionum permutationes, quae cum salvo intactoque fiant, eas negligimus.

VIII 25 מעבדיו *a servis suis* — ומעבדיו *et a servis suis*, cod. Kenn. 1, 17, 18, 69, 80, 109, 136, 193, 198, 248, primo 4, 155, 389 C, cod. mei 2, 230, 250, 440, 503, 507, 766, primo 6, 196, 262, 419, 562, 592, 668, 669, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Chald., et Arabs.

VIII 27 מעבדיו *a servis ejus* — ומעבדיו *et a servis ejus*, cod. Kenn. 1, 5, 9, 17, 18, 69, 132, 190, 193, 389 C, 615, primo 4, 155, cod. mei 17, 250, 262, 440, 789, primo 6, 419, 554, 592, 669, 683, 721, 754, 766, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Jonathan, Onkelosus in mss. meis 6, 11, 16, 543, 562, 592, primo 230, 419, et in Pent. Sorae 1490. Deest in Targ. in Polyglottis impresso conjunctio, ac male idcirco in lat. versione ea exprimitur.

Ib. לא נשאר *non superfuit* — ולא נשאר *nec superfuit*, cod. meus 716 primo, Lxx, et Syrus. Male hic in vers. latina. Arabis copula extat, qua arabicus textus caret.

IX 1 ודברת *et loqueris* — ואמרת *et dices*, cod. Kenn. 69, 129, forte 75, Samar., Lxx, Syrus, et Arabs, nec aliter legitur superius VII 26, ubi haec eadem verba occurrunt.

IX 3 בחמרים *in asinis* — ובחמרים *et in asinis*, cod. Kenn. 5, 209, mei 535, primo 262, 440, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs communis, Mauritanus, Rutilianus.

Ibid. בגמלים *in camelis* — ובגמלים *et in camelis*, cod. Kenn. 5, 17, 602, primo 155, ex meis 683 primo, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Targ. in mss. meis 11, 543, 549, primo 419, et Targ. impressum Sorae 1490.

IX 4 בין מקנה ישראל *inter pecus Israel* — בין מקנה בני ישראל *inter pecus filiorum Israel*, cod. meus 296 primo, Lxx, et Arabs. Codex tamen Alex. Lxx sequitur lectionem hodiernam.

IX 7 ממקנה ישראל *ex armento Israel* — ממקנה בני ישראל *ex armento filiorum Israel*, cod. Kenn. 1, 5, 6, 84, 136, 152, 170 ad marg., 196, 200, quibus addendus ex suppl. 686, et ex mea collatione 225. Adstipulantur ex meis 1, 10 ad marg., 19, 185 ad marg., 223, 440, 419, 549, primo 16, 230, 661, Bibl. Sonc. 1488, Samar., Lxx, Targ. Onkelosi, ac Jonathanis, Arabs communis, et Mauritanus, quibus concinit Syrus vertens ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ, *domus*, vel *familiae Israel*. Sic legitur quoque vers. proxime praecedenti.

IX 11 ובכל מצרים *et in omni Aegypto* — ובכל ארץ מצרים *et in omni terra Aegypti*, cod. Kenn. 80, meus 754 primo, Lxx, Vulg., Syrus.

IX 19 והבהמה *et jumentum* — וכל הבהמה *et omne jumentum*, cod. Kenn. 95, 109, forte 193, et Lxx.

IX 22 בכל ארץ מצרים *in omni terra Aegypti* — על ארץ מצרים *super terra Aegypti*, cod. Kenn. 94, 181, 189, 193, 226, cod. meus 503, et 554. Sed hic posterior ex prima manu, et usurpato אל pro על. Lectio repetenda ex vers. immediate sequenti, ubi ea occurrit.

Ibid. בארץ מצרים *in terra Aegypti* — בכל ארץ מצרים *in omni terra Aegypti*, Kenn. cod. 5, 80, 107, 150, 206, 389 A, praeter 6, qui utrumque habet. Lectio ex praecedenti proculdubio exorta, nec ullum habens in vetustissimis versionibus praesidium.

IX 24 בכל ארץ מצרים *in omni terra Aegypti* — במצרים *in Aegypto*, cod. Kenn. 107, meus 5 primo, Samar., Lxx, Targ. ejusdem cod. mei 5. De hac lect. consul. Kennic. *Diss. II* pag. 307.

Id. בכל ארץ מצרים *in omni terra Aegypti* — בארץ מצרים *in terra Ae-*

gypti, cod. meus 16 primo, et Arabs في بلد مصر.

IX 29 את העיר *urbem* — מן העיר *de urbe*, cod. meus 825 primo. Utrumque analogum.

X 9 ובזקננו *et in sene nostro* — ובזקנינו *et in senibus nostris*, cod. Kenn. 2, 3, 4, 6, 8, 9, 12, 13, 19, 69, 80, 83, 84, 94, 95, 100, 102, 103, 104, 105, 107, 108, 109, 111, 124, 128, 135, 139, 140, 151, 155, 158, 166, 169, 170, 173, 177, 178, 184, 190, 193, 196, 209, 225, 226, 227, 244, 550 a me collatus, primo 191, cod. mei 1, 2, 4, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 16, 17, 18, 174, 185, 196, 197, 199, 219, 223, 230, 233, 238, 240, 245, 248, 251, 257, 264, 265, 293, 304, 340, 346, 404, 408, 410, 412, 413, 414, 419, 444, 450, 455, 467, 503, 507, 518, 529, 532, 535, 539, 549, 554, 576, 579, 592, 604, 606, 668, 674, 683, 721, 745, 754, 766, 782, 789, 825, primo 266, 440, nunc 3, 443, 661, ex exter. 34, 35, 100. Ex editionibus collatis lectionem hanc sequuntur Biblia Sonc. 1488, Brix. 1494, Munsteri 1536, Munsteri Hebr.-lat. 1546, Amstel. 1630, Athiae 1667, Clodii 1677, Jablonski 1699, Amstelodam. sine punct. 1701, Torresii 1705, Opitii 1709, Jablonski 1711, Maii 1712, Maii et Burckl. 1716, Michaelis 1720, Proopsii 1725, Veneta 1730, Zullichav. 1741, Norzii 1742, Forsteri 1750, Simonis 1752, Reinecii 1756, Pentat. Bonon. 1482, Sorae 1490, Ulyssip. 1491, Brix. 1492, Brix. alter 1494, antiquus sine anno et loco in fol., antiquus sine punctis in 4., Thessal. 1516, CPolit. 1522, CPol. alter 1546, Ferrar. 1555, Sabionetae sine anno in 16., Venetus 1588 in 16., Venet. 1741, Mantuanus 1742, Amstelod. 1751, Veneti 1755, 1776, 1777, ac bini Mantuani recentissimi an. 1783. Ita legunt quoque Sam. T., unico excepto cod. 62, et 66, qui *jod* praeponit, et versiones omnes antiquae. Ms. nota ad marg. mei exemplaris Pent. Veneti 1547 fert plene legendum esse hoc verbum, et ita praecipiunt Biblia Opitii 1709. ובזקנינו, notat hic Lonzanus in *Or torà* fol. 9, מלא יוד במצריים ובירושלמיים ובהללי ובכל ס״ס וכ״כ הר״מה ז״ל וכן עיקר ודלא כמאירי ז״ל שנסתפק בו. » *Et in senibus nostris* cum » *jod* plene legitur in codicibus Aegy- » ptiis, in Hierosolymitanis, in Illelia- » no, et in codicibus omnibus hispa- » nicis, et sic scripsit Arama, seu R. » Meir Todros f. m., et sic esse de- » bet, non juxta sententiam Meirì, qui » de hoc dubitavit ». In omnibus correctioribus mss. plenum esse hoc vocabulum, videlicet plurale, observat etiam ad h. l. Norzius, redarguens Meirì, et antiquum ms. codicem, ac praeterea auctorem *Minchad Coèn* defective legentes.

Ibid. ובבקרנו ***et in bove nostro*** — ובבקרינו ***et in bobus nostris***, cod. Kenn. 4, 6, 13, 17, 69, 84, 107, 132, 152, 186, 193, 226, 244, primo 80, 95, forte 135, cod. mei 3, 5, 6, 13, 18, 174, 245, 251, 262, 293, 384, 443, 476, 507, 554, 611, 766, 825, primo 264, 265, 668. Congruunt versiones omnes antiquae, quae collective hic nomen hoc sumunt.

XXV 39 יעשה *faciet* — תעשה *facies*, cod. Kenn. 9, ex meis 174, primo 562, Samar. T., Lxx, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum 345, 549, 562, 766, et Targ. Pent. Sor. 1490. Ita etiam legendum fert conjectura scribarum.

Ibid. את כל הכלים *cum omnibus vasis* — ואת *et omnia vasa*, cod. Kenn. 236, cod. mei 2, 414, sed in utroque copula leviter calamo transfixa. Primo etiam ita videtur legisse codex meus 6. Haecque est lectio Sam., Syri, et Arabis.

XXV 40 בתבניתם *in similitudinem eorum* — כתבניתם *juxta similitudinem*, vel *typum eorum*, cod. Kenn 75, 125, primo 80, 109, 132, cod. mei 10, 14, 16, 197, 257, 293, 319, 384, 507, 766, primo 233, 262, 264, 296, 404, nunc 668, ad marg. 248, qui vult ita legendum כתבניתם ק׳, forte 251, 464. Concinunt Biblia Brix. 1494, Bibl. Pisaur. 1517, Pent. Brix. 1494, Lxx, Vulg., Arabs. Syrus et Chaldaeus impressus in Polyglottis legunt cum *beth*, etsi in latinis eorum interpretationibus vertatur per *caph*. In multis tamen mss. targumicis habetur haec lectio, eamque servant ex meis 9, 12, 16, 248, 257, 264, 455, 476, 543, 549, 562, 766, primo 404, et ut videtur, 11, praeter Targ. impressum Sorae 1490. R. Immanuel in inedito suo Comm. in h. l. in cod. meo 404 ter hunc textum producit, etiam ex praecedentium rabbinorum auctoritate, et semper cum *caph*. Nihilo tamen secius Masorethae, Todrosius, Norzius cum ב legendum definiunt.

XXVI 18 קרש *tabulam* — קרשים *tabulas*, cod. Kenn. 132, 136, 253,

ex meis 592, primo 656, Samarit., analogia, quam versiones omnes sequuntur. Exod. xxxvI 23, 24, 25, loco huic nostro parallello, ubi quae hic facienda praecipiuntur, iisdem prorsus verbis repetuntur facta, plur. numerus constantissime legitur.

XXVI 19 עשרים הקרש *viginti tabula* — הקרשים *tabulis* plur., cod. Kenn. 18, meus 476 primo, Samar., versiones omnes analogiam secutae.

XXVI 20 קרש *tabulam* — קרשים *tabulas*, cod. meus 265 primo, Sam., versiones, analogia.

XXVI 24 ויהיו *Et erunt* — והיו *Et erunt* ex praeterito fut. per *vav* convers., cod. Kenn. 84, 102, 107, 199, 244, ex meis primo 16, 274, 825, Samar. T..

XXVI 31 יעשה *faciet* — תעשה *facies*, cod. Kenn. 132, 152, 248, primo 244, ex meis 419, primo 656, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Chaldaeus etiam in ms. meo cod. 16. Ita fert analogia, et masoreth. conjectura, et ita legi vult Houbig. in h. l.. Singularis est lectio Bibl. Sonc. 1488 עשה in praeterito, quae tamen per *vav* convers. praecedens verti potest in futuro. Lectionem hanc exhibet etiam cod. Kenn. 384, seu Stutgardianus.

XXVIII 3 אל כל חכמי *ad omnes sapientes* — אל כל חכם *ad omnem sapientem*, cod. Kenn. 170, Samar., et Arabs, judice Houbig. melius.

XXVIII 5 ואת התכלת *et hyacinthum* — את *hyacinthum*, cod. Kenn. 1, 75, 89, 94, 109, 150, 160, 168, 178, 200, 227, 253, 551 ex mea collatione, cod. mei 248, 262, 274, 699 (sed indicata ad marg. alia lectione), 766, primo 16, 18, 174, 419, 440, 825, nunc 2, ex exteris meae collat. 93 primo. Cod. meus 592 notat ad marg. in aliis exemplaribus copulam desiderari. Desideratur etiam in Targ. mss. meorum cod. 248, 266, 419, 766.

XXVIII 6 תולעת *coccineo* — ותולעת *et coccineo*, cod. Kenn. 5, 13, 69, 84, 95, 101, 111, 125, 129, 132, 196, 200, 247, primo 80, 81, 128, 184, cod. mei 1, 17, 174, 245, 262, 384, 507, 543, 669, 789, primo 14, 16, 265, 419, 656, 668, Samar., Vulgat., Syrus, Arabs communis, et Mauritanus, Theodotio, Jonathan, Tawosus, Onkelosus in mss. meis codicibus 11, 12, 16, 419, 476, 543, 549, 656, 766, et in Pent Ulyssip. 1491, antiquo sine anno et loco, Thess. 1516, CPolitan. 1522.

XXVIII 23 ונתת את שתי הטבעות *et pones duos anulos* — ונתת את הטבעות *et pones anulos*, cod. Helmst. seu Kenn. 181 apud Vogelium a Kennicotto hic praetermissus, Samar., Lxx. Vulgatus et Arabs non repetunt.

XXVIII 24 אל קצות *ad extremitates* — אל שני קצות *ad duas extremitates*, cod. meus 592 primo, Syrus, et Arabs.

XXIX 1 פר אחד *juvencum unum* — פר *juvencum*, cod. Kenn. 111, ex meis 2, 10, uterque primo, Vulg., Arabs.

XXIX 18 ריח *odor* — לריח *in odorem*, cod. Kenn. 109, 152, 186, primo 128, cod. mei 543, primo 10, 262, 440, Lxx, Syrus.

XXIX 46 אלהיהם 2.° *Deus eorum* — אלהיכם *Deus vester*, cod. Kennic. 69, 80, 84, 128, cod. mei 503, primo 265, 440, et Arabs.

XXX 4 והיה *et erit* — והיו *et erunt*, cod. Kenn. 80, 181, primo, ut videtur, 18, ex meis primo 476, 543, 592 leviter correcti, nunc 185. Ita etiam ex prima manu habuisse videtur 16. Samar. T., qui haec decem priora commata cap. XXX inserit inter vers. 35, et 36 cap XXVI, et versiones omnes antiquae plurali lectioni suffragantur, eamque singulari anteponit Houbigantius.

XXX 6 לפני הכפרת *ante expiatorium* — ולפני *et ante expiatorium*, cod. Ken. 1, 17, 75, 81, 107, 108, 111, 125, 129, 150, 151, 160, 181, 186, 190, 193, 196, 199, 200, 206 marg., 212, 218, 244, 294, 301, 303, 325, 335, 355, 367, 368, 379, 389 B, C, D, 438, 464, 511, 527, 528, 562, 601, 602, 603, primo 9, 82, 94, 109, 186, 211, 390, cod. mei 2, 12, 14, 16, 197, 223, 248, 250, 262, 404, 503, 518, 543, 668, 669, 716, 745, 766, primo 5, 10, 11, 18, 185, 265, 266, 296, 419, 440, 443, 464, 592, 656, 661, nunc 3, 233, 789, ex exteris a me collatis 33 primo, Biblia Sonc. 1488, Biblia antiqua sine anno et loco, ac bini Pentateuchi Sabionetae 1557, 1558. Concinit Targum in mss. meis 10, 248, 404, 543, 549, 562, 656, 766, primo 264, 266, 419. Sed lectionem hanc Pent. Sabion. afferens Norzius in h. l., eam reprobat, producitque vetustum Pent. codicem, ad cujus marg. monet scriba hic a nonnullis errari mendose copulam addentibus.

Ibid. לפני הכפרת אשר על העדות *coram expiatorio, quod est super testimonio*. Desunt in cod. Kennic. 69, 83, 84, 110, 132, 205, 325 A, 348, 395, 474, 480, 486, 507, 519, 563, 593, 620, in cod. meis ex prima manu 12, 17, 264, 265, 450, 592, 674, 688, 825. In 197 sine punctis relicta sunt, et linea notata, ut abolenda. Desunt quoque in Samar., qui haec commata transfert ad cap. XXVI, in LXX, et in Arabe communi in Polyglottis excuso. Nam in CPolitano Saadiae textu leguntur hoc modo בין ידי אל גשא אלדי עלי אל שהאדה. Verba haec apocrypha, et de medio tollenda censent Houbigantius Samar., et LXX secutus, et Kennicottus *Diss. gen.* pag. 78. Sed postremus hic mendose inter fontes variae hujus lectionis producit n. 545, seu Biblia antiqua sine anno et loco, in quibus aperte haec habentur, et habentur in ipsissimo exemplari Mutinensi in illius gratiam collato, quod modo apud me extat. Fortè Kenn. vel Brunsius numerum hunc, qui ad codices copulam exhibentes erat amandandus, transposuerunt, et per errorem huc traduxerunt. Extant codices, qui hic repetunt vocabulum ארן *arcae*, et legunt על ארן העדת *super arca testimonii*. Additamentum hoc habent ex Kennic. cod. 1 marg., 152, 206, 567, 612, ex meis primo 16, 18, 592, 649, Targ. cod. mei 10, primo 264. Codicem meum 649 selectis in locis apud Vercellenses Judaeos a Brunsio collatum refert Kennic. sub n. 416, sed inter dubios, qui tamen certe prima manu verbum hoc legebat, cujus manifesta apparent vestigia.

XXX 27 ואת השלחן *Et mensam* — את השלחן *Mensam*, cod. Kenn. 5, 150, 227, ex meis 716, qui auctoritate confirmantur Samar. textus.

Ibid. כל כליו *omnia vasa ejus* — כליו *vasa ejus*, cod. Kenn. 80, 200, meus 174 ex prima manu, Vulg.. Lectio mendosa, et repetenda ex Exod. xxxI 8, ubi haec verba occurrunt sine hoc additamento.

Ibid. ואת כליה *et vasa ejus* — ואת כל כליה *et cuncta vasa ejus*, cod. Kenn. 69, 109, 152, 160, 199, 600 et marg., ex meis 405, Sam., Lxx, Targ. cod. mei 12. In edit. tamen Complutensi, et Ambrosio deest πάντα *omnia*. Latinus Persae interpres perperam hic addit *omnia*, quod in textu desideratur.

XXX 34 ויאמר *Et dixit* — וידבר *Et locutus est*, cod. Kenn. 18, meus 265 primo, Sam. T.

XXXI 3 ובתבונה *et in intelligentia* — בתבונה *in intelligentia*, cod. Kenn. 1, 4, 5, 80, 81, 152, 170, 181, 186, 190, 191, 196, 200, cod. mei 248, 250, primo 174, 262, 265, 419, 443, Targ. cod. mei 10, 248, 500, 549, 562, 766, primo 265, et Targ. impressum Sor. 1490. In Polyglottis editum copulam habet, etsi latina ejus versio ea destituatur.

XXXI 4 לחשב *Ad excogitandum* — ולחשב *Et ad excogitandum*, cod. Kenn. 5, 9, 181, 198, ex meis forte 699 hic abrasus, Samar., Arabs, ac Targ. cod. mei 10.

XXXI 6 חכם לב *sapientis corde* — חכם *sapientis*, cod. Kenn. 1, ex ext. meae collat. 33 ex prima manu, Vulg., et Arabs.

XXXI 8 ואת השלחן *Et mensam* — את השלחן *Mensam*, cod. Kennic. 198, 225, cod. mei 197, 248, primo 500, nunc 668, Sam., Targ. cod. mei 248.

Ibid. ואת כליו *et vasa ejus* — ואת כל כליו *et cuncta vasa ejus*, cod. Kenn. 5, 18, 69, 84, 107, 109, 111, 125, 132, 150, 152, 185, 186, 199, 206, 211, 213, 228, 232, 244, 249, 298, 322, 325, 344, 345, 346, 348, 355, 367, 369, 411, 428, 438, 448, 464, 466, 486, 488, 507, 528, 529, 538, 562, 564, 575, 576, 585, 587, 588, 593, 595, 606, 609, 610, 612, 618, 619, 620, 622, 631, 643, primo 4, 6, 81, 136, 229, 358, 380 marg., 527, 544, 602, forte 181, 389 A, B, 418, nunc 95, 536, ad marg. כל 89, 106, 157, 489, 532, 600, 607. Suffragantur ex meis cod. 13, 274, 405, 464, 507, 532, 543, 549, 592, 669, 699, 766, primo 16, 197, 233, 248, 251, 262, 265, 266, 419, 440, 443, 668, nunc, seu ad marg. 174, 250, ex exteris a me collatis 1 primo, Samar., Lxx, Syrus, Arabs in utroque textu, Parisiensi ac CPolitano, Targ. Jonath., Targ. Onkel. in mss. meis codic. 12, 16, 248, 265, 500, 543, 549, 592, 766, et impressum Sor. 1490, item Targ. ms. cod. Britannici 5520 apud Kenn. *Diss. II* p. 177, et locus parall. cap. xxx 27. Conf. Less *De cura T. Heb.* pag. 25, et Kenn. cit. l. pag. 176, qui vocab. כל *omnia* ob sequens כליו, quod iisdem litteris incipit, omissum, et restituendum putant. Contra errare et falli, qui illud addunt, definit ad h. l. Norzius Masorethas pro more secutus. Ego tamen suspicor in tanta Kennic. codicum copia confusum interdum a collatoribus hunc versum cum sequenti, ubi haec verba occurrunt ואת כל כליו *et omnia vasa ejus*, eaque ad nostrum hunc locum, ac lectionem fuisse inconsiderate traducta.

Nec inanem esse metum constat ex cod. 416, qui inter variae hujus lectionis fontes in Kenn. Bibliis affertur, nunc meo 649, in quo כל manifestissime deest, et a Brunsio ejus collatore indubitanter est erratum.

Ibid. ואת המנרה *et candelabrum* — את המנרה *candelabrum*, cod. Kennic. 5, 355, cod. mei 197, nunc 668, Sam., Vulgatus. In lat. vers. Syri male omittitur conjunctio.

Ibid. כל כליה *omnia vasa ejus* — כליה *vasa ejus*, cod. Kenn. 81, ex meis 766, 789, primo 649, et ut videtur, 296, Vulg., et Targ. ejusd. cod. mei 649 ante corr. Sed mendosam arbitror, et amanuensium oscitantia desumptam ex cap. XXX 27.

XXXI 10 ואת בגדי השרד *Et vestes ministerii* — ואת בגדי השרד לשרת בקדש *Et vestes ministerii ad ministrandum in sanctuario*, cod. mei 10, primo 265, 543, 549, 592, et Targ. cod. meorum 10, 543, 592, primo 549. Silent hic codices Kennicottiani; sed ego non dubito, quin confusi hic sint numeri in Kenn. Bibliis, et codices 69, 82, 136, qui ita legentes producuntur infra ad secundum ואת, huc sint traducendi, et in varia hac lectione confirmanda cum meis consentiant. Ortam tamen opinor ex cap. XXXV 19, ubi verba haec repetuntur cum hoc additamento.

XXXI 14 מקרב עמיה *de medio populi sui* — מעמיה *de populo suo*, cod. K. 69, cod. mei 18, 419, 543, 766, omnes prima manu, Syrus, Arabs, et Targ. cod. mei 543, 766.

XXXII 8 צויתם *praecepi illis* — צויתם *praecepisti illis*, cod. Erfurtensis 1 sub num. 160 inter Kennicottianos designatus, teste Hen. Michaelis not. ad Biblia Halensia, qui auctoritate confirmatur Lxx, et Vulgati. Michaelis addit vers. Samar., quae vertit פקדתנן. Chaldaeus utitur forma, quae ad utramque personam referri potest, sed in plerisque meis mss. et antiquis editionibus legit is פקדתינן, relato verbo ad 1 personam. Sic legunt mss. mei codices targumici 10, 11, 16, 230, 248, 257, 264, 265, 266, 419, 455, 500, 543, 549, 592, 649, ex antiquis editionibus Bonon. 1482, Soriana 1490, Ulyssip. 1491, antiqua sine anno et loco cum Pentat., Thessal. 1516, CPolit. quatuor 1505, 1522, 1546, 1547, Ven. duae 1526, 1528. Quod idem faciunt multi codices sacri textus praeter *chirech jod* etiam primae personae indicium inserentes. Ejusmodi sunt cod. Kenn. 9, 13, 17, 69, 75, 80, 108, 109, 193, 196, 244, 603, primo 5, 81, ex meis potissimum 18, 248, 503, 611, 669, 766, ac Biblia Sonc. 1488.

XXXII 22 ויאמר אהרן *Dixitque Aaron* — ויאמר אהרן אל משה *Dixitque Aaron ad Mosem*, cod. Kennicott. 181, et Lxx.

XXXII 29 ידכם *manum vestram* — ידיכם *manus vestras*, cod. Kenn. 4, 9, 69, 84, 101, 150, 153, 186, 686, primo 125, ex meis 197, 766, primo 668, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Targ. cod. mei 265.

XXXII 34 אל אשר דברתי *quo dixi* — אל מקום אשר דברתי *ad locum, quem dixi*, cod. meus 16 primo, Lxx, Chaldaeus, Arabs com., et Mauritanus.

XXXIII 1 מארץ מצרים *de terra Aegypti* — ממצרים *de Aegypto*, codex meus 18 primo, et Syrus.

XXXIII 2 האמרי *Emorraeum* — והאמרי *et Emorraeum*, cod. Kennic. 5, 109, 181, 200, 253, primo 1, 81, ex meis 15, 16, 443, 543, 766, primo 262, 296, 668, nunc 444, Samar., Vulg., Syrus, Arabs communis, et Maurit., versio Persica, Targ. mss. meorum 543, primo 419, et Targ. impressum Sorae 1490.

Ibid. החוי *Hevaeum* — והחוי *et Hevaeum*, cod. Kenn. 17, 18, 69, 109, 136, 152, 181, 186, 193, 227, 239, 602, primo 107, quibus ex mea collatione addendus 551, seu Parmensis regius, ex meis autem cod. 16, 248, 262, 419, 440, 443, 464, 475, 476, 507, 649, 668, 669, primo 12, 19, 265, 266, 296, 674, 683, nunc 444, 543, ex exteris a me collatis 103 primo, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Persa, Targ. mss. meorum 11, 248, 419, 543, 562, 649, primo 12, 265, et impressum Sorae 1490.

XXXIII 16 על פני האדמה *super faciem terrae* — על האדמה *super terram*, cod. meus 840 primo, Lxx, Vulgat.

XXXIV 3 גם הצאן *etiam pecus* — וגם *et pecus quoque*, cod. Kenn. 84, 129, 181, 186, 674, 686, ex meis 274, primo 419, Samar., Targ. mss. meorum 549, primo 419.

XXXIV 7 על שלשים *super tertios* — ועל *et super tertios*, cod. Kenn. 17, 109, 181, 686, primo 9, ex meis 17, 840, primo 419, Samar., et Arabs. Sed septem mss. cod. Samaritani coniunctione carent, jamque de suis notaverat Morinus in *Excerpt.* p. 50. *Tres codices cum anglico* על *sine vav*. Idem codex meus 840 habet praeterea sine punctis, calami ductibus superius notata, ut abolenda, praecedentia verba ועל בני בנים *et super filios filiorum*, quae Arabs non legit, etsi arabicus Saadiae textus CPolit. contra Parisiensis fidem ea addat ובני אל בנין.

XXXIV 9 לעוננו *iniquitati nostrae* — לעונינו *iniquitatibus nostris*, cod. Kenn. 4, 6, 9, 13, 17, 69, 75, 80, 81, 84, 89, 107, 109, 132, 136, 150, 152, 158, 176, 178, 196, 227, 232, 248, 674, 680, primo 125, cod. mei 2, 6, 10, 13, 16, 17, 61 ter, 63 bis, 197, 198, 248, 250, 251, 260 bis, 262, 332, 373, 378, 384, 405, 407, 419, 420, 443, 476, 483, 543, 592, 597, 611, 643, 648, 649, 653, 699, 766, 802, 814 bis, 840, primo 265, 266, 579, ex exteris meae collationis 45 in sect. huj. loci, nam in textu aliam lectionem sequitur. Kenn. praeterea codicibus addendus 502, seu Pent. Hebraeo-Persicus Vaticanus. In plur. legunt etiam Biblia Sonc. 1488, Brix. 1494, Pisaurensia 1517, Pentat. Brix. 1492, Brix. alter 1494, Machaz. Sonc. 1486 bis in sect. hujus loci, Machazor Pisaurense a Soncinatibus tertio editum in sect. huj. loci ad festum tabernac., Samar., Lxx, Vulgat., Syrus, Arabs communis, et Mauritanus, Persa, Pentat. demum Graecus ineditus D. Marci. At vero CPolitan. Saadiae textus hic a Waltoniano dissidet, in singul. legens דנבנא.

Ibid. ולחטאתנו *et peccato nostro* — ולחטאתינו *et peccatis nostris*. Plene, seu cum *jod* plur. lectionis nota legunt ex Kennic. codicibus 4, 9, 13, 17, 69, 80, 84, 95, 107, 109, 132, 136, 150, 152, 158, 181, 190,

193, 196, 227, 248, 253, 674, primo 81, 125, 170, quibus addendus 551 a me collatus. Accedunt ex meis 2, 13, 14, 16, 17, 61 ter, 63 bis, 174, 197, 248, 251, 260 bis, 332, 373, 378, 384, 405, 407, 419, 420, 443, 467, 476, 483, 507, 543, 592, 611, 643, 649, 653, 669, 716, 766, 802, 814, 840, primo 265, 266, 440, 579, 585, ex exteris meae collationis 45 in sect. hujus loci. Illud singulare, quod cod. meus 15 habet lectionem defectivam, ac puncta lectionis pluralis. Plene quoque legunt tria Munsteri Biblia an. 1534, 1536, 1546, sex mss. codices Samar. 61, 63, 65, 66, 127, 183, ac pluraliter vertunt Lxx, Vulg., Syrus, Arabs Mauritanus, versio Persica, versio Graeca inedita Biblioth. D. Marci. In plurali denique, sed forma masculina ולחטאינו prima manu legebat codex meus 198.

XXXIV 12 פן יהיה *ne sit* — פן יהיה לך *ne sit tibi*, cod. Kennic. 193, 686, ex meis 198 primo, Lxx, Vulgat., Syrus. Vulgatus et Syrus omittunt בקרבך *in medio tui*, quod sequitur, sed Lxx utrumque vertunt. Arabs Saadiae in Polyglottis editus vertit بينكم *inter vos*, CPolitanus בינך *inter te*.

XXXIV 13 אשריו *lucos ejus* — אשריהם *lucos eorum*, codex meus 18 primo, Sam., Lxx, Chaldaeus, Syrus, Arabs in utroque textu Paris., et CPolit., versio Persica. Favet contextus analogia, in quo praecedunt suffixa pluralia.

XXXIV 14 יהוה *Dominus* — יהוה אלהיך *Dominus Deus tuus*, cod. meus 198 primo, et Lxx.

XXXIV 18 את חג *Solemnitatem* — ואת חג *Et solemnitatem*. Pro lectione hac, quam exhibent Lxx, et Arabs, Kennicottus solum cod. 139 dubium affert, ego meum 840, sed cum copula leviori calamo transfixa.

Ibid. אשר צויתך *quae praecepi tibi* — כאשר צויתיך *sicut praecepi tibi*, cod. Kenn. 9, 84, 129, 150, 158, 181, 196, 200, 249, 253, primo 107, cod. mei 61, 63, 248, 260, 373, 378, 507, 529, primo 16, 198, 230, 262, 405, 419, 543, 597, 649, 661, 840, Machazor Sonc. 1486 in sect. huj. loci, Sam., Lxx, Syrus, Vulg., Arabs, Jonathan, Onkel..

XXXIV 20 כל בכור *omne primogenitum* — וכל *et omne primogenitum*, cod. Kenn. 1, 4, 5, 9, 18, 69, 80, 84, 89, 104, 108, 125, 129, 132, 150, 158, 184, 193, 196, 199, 200, 225, 232, 389 B, 615, 674, primo 94, 109, 177, nunc 168, cod. mei 2, 10, 15, 16, 61 bis, 197, 198, 248, 253, 260, 266, 274, 373, 378, 384, 407, 467, 507, 529, 597, 648, 649, 669, 745, 802, 814, 840, primo 14, 250, 262, 265, 405, 419, 443, 543, 585, 592, 668, 825, nunc 19, ex exteris a me collatis 23 primo, Machazor Soncin. 1486, Sam., Arabs Saadiae in utroque textu Parisiens. ac CPolit., Targ. Jonathanis, Targ. Onkelosi ms. in meis cod. 9, 10, 11, 16, 230, 248, 266, 404, 543, 549, 649, primo 12, 265, 419, impressum Sorae 1490, et in Polyglott. Antwerpiensibus. Ita legendum conjiciunt masorethae, et ita legitur Exod. XIII 13. Cod. meus 16 habebat praeterea praepos. ב prima manu praefixam.

XXXIV 24 גוים *gentes* — גוים גדולים *gentes magnas*, cod. meus 198

nunc. Text. Sam. addit et ipse (Samaritan) *multas*.

Ibid. גבלך *terminum tuum* — גבליך *terminos tuos*, cod. meus 262, primo 198, Lxx, Vulg.

XXXV 6 ותכלת *Et hyacinthum* — תכלת *Hyacinthum*, cod. Kennic. 152 meus 503, Sam., Lxx, Vulg., Persa.

XXXV 9 ואבני *Et lapides* — אבני *Lapides*, cod. Kenn. 9, 80, 128, 181, ex meis 503, 592, Vulgat., ac Targ. meorum cod. 16, 592.

XXXV 11 את אהלו *tentorium ejus* — ואת *et tentorium ejus*, cod. Kennic. 18, 69, 150, 196, 199, 232, primo 155, cod. mei 1, 10, 248, 274, 503, 543, primo 16, 18, 262, 419, 476, 592, 656, 683, nunc 16, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, in utroque textu, Parisiens., ac CPolit., Aquila, Symachus, Theodotio, Targ. Jonathanis, Targ. Hieros., Targ. Onkelosi in mss. meis cod. 9, 10, 11, 16, 476, 500, 543, 549, 592, 766, primo 265, 419, et in Pentat. Sorae 1490. In Polyglottis editum caret copula, quae mendose exprimitur in latina ejus interpretatione.

Ibid. את קרסיו *uncinos ejus* — ואת *et uncinos ejus*, cod. Kenn. 17, 18, 69, 186, primo 9, cod. mei primo 419, 500, 668, nunc 16, Samar., Lxx, Syrus, Arabs Saadiae Paris. ac CPol., versio Persica, Targ. Hieros., Targ. Onkel. in mss. meis cod. 11, 16, 592, primo 419, 549, et ex edit. Sorae 1490.

Ibid. את בריחו *vectes ejus* — ואת *et vectes ejus*, cod. Kenn. 1, 5, 18, 69, 111, 129, ex meis 248, 507, 518, 699, 766, primo 262, 419, 554, 656, 754, nunc 16, Samar., Lxx, Syrus, Arabs Saadiae, etiam in textu CPol., Targ. Jonath., Hieros., Onkel. in mss. meis 11, 16, 248, 543, 592, 656, primo 419, et ex edit. Bonon. 1482, et Sorae 1490.

Ibid. את עמדיו *columnas ejus* — ואת *et columnas ejus*, cod. Kenn. 17, 18, 69, 129, 189, 200, 551 a me collatus, cod. mei 16, 248, 503, 507, 549, 766, primo 14, 18, 238, 262, 296, 340, 419, 592, 825, Samar., Lxx, Syrus, Arabs communis Paris. et CPolitan., Arabs Mauritanus, Targ. Jonath., Hieros., Onkel. in mss. meis cod. 10, 11, 12, 16, 248, 543, 592, primo 265, 419, et ex edit. Sor. 1490.

XXXV 12 את הארן *Arcam* — ואת *Et arcam*, cod. Kenn. 69, 75, 109, 132, 199, ex meis 419, 656, 699, ex exteris meae collat. 66, omnes ex prima manu, Lxx, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum primo 16, 419.

Ibid. את הכפרת *propitiatorium* — ואת *et propitiatorium*, cod. Kenn. 1, 2, 4, 5, 18, 69, 75, 81, 84, 89, 109, 111, 125, 132, 136, 150, 152, 158, 160, 186, 196, 199, 200, 223, 225, 227, 232, 249, 384, 389 B, D, 602, 603, quibus addendus 576 a Kenn. hic omissus. Consentiunt ex meis 1, 10, 14, 16, 18, 185, 230, 248, 250, 251, 262, 264, 274, 408, 467, 500, 503, 507, 529, 543, 549, 592, 611, 649, 656, 668, 699, 716, 766, primo 196, 257, 265, 296, 443, 554, nunc 419, ex exteris meae collat. 66, 88, primo 23, 103, Pentat. antiquus in 4. sine anno et loco, Samar., Lxx, Syrus, Arabs, versio Persica, Targ. Jonath., Targ. Onkel. in mss. meis 10, 16, 230, 248, 264,

265, 266, 419, 500, 543, 549, 592, 649, 656, primo 12, et ex edit. Sorae 1490, et Antwerp. in Polyglottis.

XXXV 13 את השלחן *Mensam* — ואת *Et mensam*, cod. Kenn. 84, 109, 129, 193, ex meis 16, 250, 467, 699, primo 14, 419, 549, 592, 656, Syrus, Arabs in utroque textu Paris. ac CPolit., Targ. ms. in meis cod. 16, 549, 592, primo 419.

XXXV 14 כליה *vasa ejus* — כל כליה *omnia vasa ejus*, cod. Kennic. 253, Sam., Lxx.

XXXV 16 את מזבח *Altare* — ואת *Et altare*, cod. Kenn. 69, 109, cod. mei primo 419, 656, nunc 543, Syrus, Arabs, Targ. in mss. meis cod. 16, 549, primo 266, 419.

Ibid. את בדיו *vectes ejus* — ואת *vectesque ejus*, cod. Kenn. 5, 18, 69, 95, 103, 109, 136, 150, 190, 193, 223, 232, 247, 249, quibus addendi 226, 384 a Kennic. praetermissi, ex meis cod. 15, 248, 507, 549, 592, 716, 724, primo 2, 14, 250, 262, 264, 265, 419, 656, nunc 16, Sam., Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum cod. 16, 248, 265, 549, 562, 592, primo 264, 266, 419.

Ibid. את הכיר *labrum* — ואת *et labrum*, cod. Kenn. 18, 69, 75, 103, 129, 136, 150, 158, 181, 186, 193, 200, 223, 225, 248, 249, 615, primo 175, 227, cod. mei 2, 15, 240, 248, 262, 444, 532, 592, 606, 716, primo 11, 265, 419, 440, 656, 668, 699, nunc 16, ex exteris meae collat. 56, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum 11, 16, 248, 549, 562, 592, 649, 766, primo 266.

XXXV 17 את קלעי *Fundas* — ואת *Fundas quoque*, cod. Kenn. 69, 84, 89, 193, primo 104, ex meis primo 265, 419, 656, Sam. cod. mss. 64, 127, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum 766, et ex prima manu 265, 419.

Ibid. את עמדיו *columnas ejus* — ואת *columnasque ejus*, cod. Kenn. 69, 95, 132, 232, primo 136, ex meis 248, 251, 688, 766, primo 419, 592, nunc 16, Sam., Syrus, Arabs communis, et Mauritanus. In Chaldaeo impresso deest conjunctio, quamquam in latina ejus translatione exprimatur; sed habetur in textu in mss. meis 248, 549, 592, primo 266, 419, 724.

Id. עמדיו *Columnas ejus* cum affixo masc. — עמודיה cum affixo foem., cod. Kenn. 4, ex meis 592, 656, uterque primo, Sam., Arabs Mauritanus, Targ. mss. meorum 266, 562, 592, et Antwerpiense, ut notat Clericus.

XXXV 18 את יתדת *Paxillos* — ואת *Et paxillos*, cod. Kenn. 69, 84, 181, 193, primo 155, 175, ex meis 174, 766, primo 592, 724, ex ext. meae collat. 66 primo, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum 592, 724, 766.

XXXV 19 את בגדי השרד *Vestes ministerii* — ואת *Vestes etiam ministerii*, cod. Kenn. 18, 69, 80, 193, 198, 615, primo 155, cod. mei 16, 543, 716, primo 14, 262, 419, 656, ex exteris meis 57, Sam., Lxx, Arabs, Targ. cod. meorum 16, 543, primo 419. Septem tamen mss. Samar. copula destituuntur.

Ibid. את בגדי הקדש *vestes sanctitatis* — ואת *et vestes sanctitatis*, cod. Kenn. 1, 18, 69, 84, 89, 109, 111, 132, 150, 160, 168, 602, 603, 615, primo 81, 107, 136,

155, cod. mei 3, 15, 16, 17, 251, 262, 419, 507, 543, 549, 592, 649, 669, 716, 724, 766, primo 2, 12, 14, 187, 250, 276, 656, ex exteris meae collat. 37, Sam. omnes codices, uno excepto 363, Lxx, Syrus, Arabs, Jonathan, Onkelosus in mss. meis 9, 10, 16, 419, 543, 549, 592, 649, 656, 724, 766, primo 12, 230.

XXXV 22 נדיב לב *spontaneus corde* — נדיב לבו *spontaneus corde suo*, cod. meus 592 primo, Syrus, Chaldaeus. Lectio forte petita ex v. 5 hujus capitis.

Ib. וטבעת *et anulum* — וטבעת ועגיל *et anulum, et inaurem*, cod. mei 543, 592, uterque primo, et Lxx. Verbum hoc sive cum copula, sive sine ea proculdubio etiam ex prima manu legebant cod. mei 199, et 611, in quibus vocabulum totidem litterarum abrasum conspicitur. Sine particula conjunctiva illud legunt cod. Kenn. 69, Sam., Targ. cod. mei 592, et *Scemoth Rabbà*, seu vetustiss. Com. in Exod. apud Norz..

Id. וטבעת *et anulum* — טבעת *anulum*, cod. Kennic. 17, 101, ex meis primo 464, 683, Bibl. Sonc. 1488, Vulgat., Targ. cod. mei 5, 9, 592, Sorianum 1490, et memoratus Com. in Exodum.

Ibid. כל כלי *omne vas* — וכל *et omne vas*, cod. Kenn. 18, 101, 111, 158, 181, primo 4, 136, cod. mei 16, 17, 669, 766, primo 10, 230, 262, 419, 656, 668, Syrus, Arabs, Targum cod. meorum 10, 16, 543, 549, 592, 656. Latina versio Targ. in Polyglottis excusi contra sui textus fidem conjunctionem addit.

Id. כלי *vas* — כלי *vasa*, cod. mei 17, 250, 529, 579, 683, et primo, ut videtur 10, Syrus, Arabs, Persa, Chaldaeus in cod. meis 476, primo 11.

Ibid. תנופת *agitationem* — תנופת *agitationes*, cod. Regiom. 1 (Kenn. 223,) apud Lilienthalium, et Lxx juxta cod. Romanum, qui vertunt ἀφαιρέματα. Sed cod. Alex. in sing. legit ἀφαίρεμα. Male Lilienthalius addit Targum, latina certe ejus versione deceptus, quae plur. vertit in Polyglottis, sed mendose, et contra textum impressum. Ex meis codicibus nullus lectionem hanc sequitur, nec ullum Targum.

XXXV 25 את תולעת *coccineum* — ואת *et coccineum*, cod. Kenn. 1, 4, 5, 6, 69, 75, 84, 89, 107, 108, 109, 125, 129, 150, 158, 189, 190, 193, 196, 198, 200, 225, 244, 247, 251, 389 A, B, D, 615, 686, primo 99, 136, 227, forte 110, quibus addendi 576 Utinensis, et 384, seu Stutgardianus nunc, a Kenn. omissi. Lectionem hanc confirmant cod. mei 3, 10, 12, 14, 15, 16, 174, 185, 197, 245, 248, 251, 262, 265, 274, 419, 443, 467, 503, 507, 529, 543, 549, 592, 611, 649, 669, 674, 688, 699, 716, 766, 789, 825, primo, 2, 9, 18, 196, 230, 264, 266, 296, 656, 683, 754, nunc 11, 440, 476, 668, Biblia Sonc. 1488, Bibl. antiqua sine anno et loco, Pent. antiquus absque punctis 4. sine anno et loco, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Jonathan, Onkelos. in mss. meis 7, 9, 10, 12, 16, 230, 248, 264, 265, 543, 562, 592, 649, 656, 766, primo 266, et ex edit. Sorae 1490, et Antwerp..

XXXV 29 כל איש *Omnis vir* — וכל *Omnis autem vir*, cod. Kennic. 129,

152, 186, 232, ex meis 549, Samar., Lxx.

XXXV 31 בתבונה *in intelligentia* — ובתבונה *et in intelligentia*, cod. Kennic. 5, 69, 84, 110, primo 140, cod. mei 789, primo 262, 440, 500, 668, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Chald. in mss. meis 16, 264, 266, 455, 543, 592, 649, 656, 766, primo 419, 500, et in Bonon. Pent. 1482. Sic lineae custos cod. mei 443.

XXXV 32 לעשות *ad faciendum* — ולעשות *et ad faciendum*, cod. Kenn. 1, 17, mei 16, primo 592, 668, Vulg.

XXXV 35 לעשות כל מלאכת *ad faciendum omne opus* — בכל *ad faciendum in omni opere*, cod. Kenn. 1, 2, 4, 17, 18, 80, 84, 89, 109, 129, 132, 136, 150, 158, 160, 181, 199, 225, 247, 249, 253, 601, 602, primo 135, forte 94, quibus addendi ex suppl. 384, ex mea collatione 551, cod. mei 1, 6, 10, 16, 19, 197, 230, 248, 250, 251, 262, 274, 296, 419, 440, 467, 539, 649, 688, 716, 766, 789, primo 11, 18, 233, 245, 262, 296, 443, 464, 592, 656, 668, 669, 683, 699, 721, nunc 5, ex exteris meae collat. 66 primo, Biblia Soncin. 1488, et Samar. omnes codices, uno excepto 363. Ita legere alia exemplaria notat ad marg. Pentat. Sabionetae 1557, idque de Babilonico testatur ad h. l. codex meus 223. Cum ב etiam construunt targumici mei codices 6, 11, 230, 419, 592, 649, 656, 766. Contra in plerisque correctioribus codicibus scribi כל *omne* animadvertit hic scriba cod. mei 754.

Ibid. בתולעת *in coccineo* — ובתולעת *et in coccineo*, cod. Kennic. 69, 80, 84, 95, 129, 132, 150, 181, 199, 200, 244, 247, 248, 249, 389 B, 602, 603, primo 4, 107, 109, 124, nunc 157, cod. mei 15, 16, 262, 265, 475, 507, 649, 669, 766, primo 2, 6, 233, 419, 443, 592, 656, 683, 825, Sam., Vulg., Syrus, Arabs communis, et Mauritanus, Symachus, Theodotio, Targ. Jonath., Targ. Onkel. cod. meorum 16, 265, 404, 592, 649, 656, 766, primo 419, et ex antiquis edit. Sorae 1490, Ulyssip. 1491, antiqua cum Pent. sine anno et loco, Thess. 1516, CPol. 1522.

XXXVI 17 היריעה *aulaei* — היריעה האחת *aulaei unius*, cod. meus 543, Sam., Vulg.. Ita leg. cap. xxvI 10.

XXXVI 29 יהיו *erunt* — היו *fuerunt*, cod. Kenn. 1, 4, 18, 69, 109, 150, 151, 186, 189, 196, 199, 200, 223, 227, 228, 247, 601, 686, forte 8, cod. mei 1, 9, 13, 197, 250, 274, 319, 404, 419, 479, 503, 529, 543, 669, 695, 745, primo 2, 6, 10, 16, 18, 19, 248, 262, 264, 265, 266, 296, 464, 683, 699, nunc 507, 549, 716, ex exteris a me collatis 1, Biblia Pisaur. 1517, Pent. antiquus sine punct. in 4. sine anno et loco, Sam., Vulg., Syrus, Arabs, Chaldaeus. Favet etiam contextus analogia huic lectioni, etsi eam rejiciat, asperioribusque verbis damnet scriba, vel corrector cod. Erfurtensis II, notans ad marg. stultos esse, et a via veritatis aberrare, qui sic scribunt. Quod idem facit scriba cod. mei 754: *Stulti sunt, qui delent* jod *verbi* יהיו, *et corrigunt* היו. In hoc eodem vers. cod. Kenn. 466 seu Angelicus a me selectis in locis collatus pro

והיו legit nunc per *vav* convers. ויהיו; lectio non modo omissa in Kenn. Bibliis, sed ignota.

XXXVI 32 לקרשי המשכן *tabulis tabernaculi* — לקרשי צלע המשכן *tabulis lateris tabernaculi*, cod. Kenn. 1, 4, 5, 69, 84, 95, 110, 111, 150, 151, 152, 186, 196, 200, 686, cod. mei 1, 10, 14, 15, 16, 17, 248, 274, 529, 532, 535, 543, 549, 668, 716, 766, primo 6, 13, 18, 197, 250, 262, 264, 404, 440, 443, 500, 656, 683, 699, 745, 789, 825, nunc seu suppl. ad marg. 9, Samar., Jonathan, Onkelosus in mss. meis cod. 5, 6, 9, 10, 16, 248, 455, 500, 549, 656, 766, primo 11, 12, 265, 419. Legitur hoc verbum loco parall. XXVI 27.

XXXVI 35 אתה *illud* — אתם *illa* plur., cod. Kennic. 69, 84, 136, 150, 152, 248, 389D, 551 a me collatus, 615, primo 89, 99, 109, 155, 244, forte 178, cod. mei 3, 17, 245, 262, 266, 539, 668, 688, primo 2, 14, 16, 248, 251, 340, 419, 503, 543, 656, 789, Targ. cod. mei 12, 16, 549. In cod. meo 10 primo omissum est hoc pronomen, et in 384 sine punctis relictum, ut abolendum. Cod. 264 notat ad marg. in correctissimo exemplari legi in sing. אתה, ac melior sane est lectio singularis, eique favent Samaritanus Textus, et priscae omnes versiones.

XXXVII 5 לשאת את הארן *ad deferendam arcam* — לשאת את הארן בהם *ad deferendam arcam cum ipsis*, codex meus 503 sine punctis, Sam., Arabs, et verosimilius Kennic. cod. 107 primo, totidem litteris abrasus.

XXXVII 21 היצאים ממנה *egredientibus ex ipso* — היצאים מן המנרה *egredientibus de candelabro*, cod. Kenn. 69 marg., 84, 129, primo 686, codic. mei 248, primo 17, 503, 543, 592, 611, 825, 656, et ut videtur, 262, sed duo hi postremi juncta praepositione ממנרה. Concinit Targ. mss. meorum 248, 419, 592, 656, et ut videtur, 11 ex prima manu. Syrus utrumque legit ܡܢܗ ܡܢ ܡܢܪܬܐ *ex ipso, ex candelabro*, Vulg. *de vecte uno*. Mendosa hic in Polygl. latina versio Sam. T., nostram hanc lectionem exhibens, quum in textu alia habeatur.

XXXVII 24 כִּכַּר זהב *ex talento auro* — כִּכַּר זהב *ex talento auri* cum *patach* in statu regiminis. Ita cod. Erfurt. 2, et 4 apud Michaelis *Not. ad Bibl. Halensia*, ex meis 2, 3, 5, 7, 11, 12, 13, 14, 16, 17, 18, 19, 174, 219, 230, 250, 257, 262, 265, 304, 340, 384, 404, 410, 413, 414, 467, 500, 529, 532, 535, 543, 549, 576, 579, 592, 606, 611, 649, 656, 688, 716, 789, 825, Kennic. 551 hic a me collatus, Biblia Soncin. 1488, antiqua in fol., Bombergiana fol. 1517, Pent. Ulyssip. 1491, antiquus in fol., Thess. 1516, et CPolitani tres 1505, 1522, 1546. *Patach* etiam ex antiqua manu appositum in Pent. antiquo in 4. sine anno et loco, nec aliter vertunt versiones omnes antiquae, quamquam nonnulli mss. codices targumici, et impressus Sorae 1490, loco דדהב hodiernam lectionem secuti legant דהב.

XXXVIII 1 רבוע *quadratam* deest in K. cod. 9, 136, 170, 176, et Sam.

XXXVIII 3 את המזלגת *fuscinas* — ואת *et fuscinas*, cod. Kenn. 2, 5, 69,

84, 89, 95, 101, 109, 125, 129, 150, 152, 155, 157, 160, 181, 189, 191, 196, 199, 225, 227, 228, 248, 249, 253, 389 B, D, 602, 686, cod. mei 1, 2, 7, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 174, 230, 248, 250, 251, 262, 265, 274, 296, 384, 419, 440, 455, 467, 500, 503, 507, 529, 532, 535, 543, 549, 592, 606, 611, 649, 656, 669, 683, 688, 699, 716, 745, 766, 789, 825, primo 10, 11, 18, 185, 245, 264, 266, 443, 518, 562, 754, nunc 444, 668, Pentat. antiquus in 4. sine anno et loco, Samar., Chaldaeus, Syrus, Arabs.

XXXVIII 12 חמשים באמה *quinquaginta in cubito* — חמשים אמה *quinquaginta cubitorum*, cod. Kenn. 107, 129, 132, 152, 155, 160, ex meis 503, 766, primo 419, Samar. Favet analogia quam versiones omnes sequuntur, et ita repetitur vers. sequenti.

XXXVIII 25 וחמשה *et quinque* — חמשה *quinque*, cod. Kenn. 186, et Sam., unico excepto cod. 61.

XXXVIII 31 כל יתדת החצר *omnes paxillos atrii* — יתדת החצר *paxillos atrii*, cod. meus 699 primo, Vulgat., Arabs.

XXXIX 2 ויעש *Et fecit* — ויעשו *Et fecerunt*, cod. Kenn. 69, Sam., Syrus. Plur. lectionem meliorem judicat Houbig. in h. l.

XXXIX 6 ויעשו *Et fecerunt* — ויעש *Et fecit*, cod. Kenn. 107, meus 503 primo, Vulg., et Arabs Rutilianus.

XXXIX 8 ויעש *Et fecit* — ויעשו *Et fecerunt*, cod. Kennic. 69, primo 389 B, cod. mei primo 262, 265, 592, Samar., Syrus, Targ. cod. meorum 265, 592.

XXXIX 24 משזר *contorto* — ושש משזר *et bysso contorta*, cod. Kenn. 9, 69, 129, primo 107, ex meis 10 ad marg., Samar., Vulgat., Syrus, Chaldaeus, Arabs. Supra et infra legitur *byssi* nomen, quod hic abesse, et ex Sam. supplendum contendit Houbigant.

XXXIX 29 ותכלת *et hyacintho* — תכלת *hyacintho*, cod. Kenn. 151, 199, 615, cod. mei prima manu 3, 419, 479, Sam., Syrus, Vulg., Targ. cod. meorum 9, 549.

XXXIX 32 ככל אשר צוה *juxta omnia, quae praeceperat* — כאשר צוה *sicut praeceperat*, cod. meus 17, et Sam.

Ibid. כן עשו *sic fecerunt* desunt in Kenn. cod. 5, 109, 193, in meo 185 primo, in Vulgato, Arabe, Targ. cod. mei 265 primo, et in textu redundant: *et fecerunt filii Israel juxta omnia quae praeceperat Dominus Mosi, sic fecerunt.*

XXXIX 33 בריחו *vectes ejus* — ובריחו *et vectes ejus*, cod. meus 503, Syrus, Arabs.

Ibid. ועמדיו *et columnas ejus* — עמדיו *columnas ejus*, cod. Kennic. 4, 181, 186, ex meis 766, primo 262, Samar., exceptis cod. 61, 183, et Vulgatus.

XXXIX 35 את ארן *Arcam* — ואת *Et arcam*, cod. Kenn. 69, 109, 129, 132, 232, 239, primo 82, cod. mei 15, 16, 174, 464, 507, 669, primo 419, 668, 754, Samar. codices 61, 63, 64, Arabs, Targ. cod. mei 455, 549.

XXXIX 36 את השלחן *Mensam* — ואת *Mensamque*, cod. Kennic. 80, 84, 109, 129, 132, 181, 193, primo 82, cod. mei 1, 250, 262, 543, 549, 716, primo 14, 230, 264,

419, 656, 668, nunc 440, ex exteris meae collat. 103 primo, Syrus, Arabs, Jonathan, Onkel. in mss. meis 11, 543, 549, primo 230, 264, 419, et in Pent. Sorae 1490.

Ibid. את כל כליו *omnia vasa ejus* — ואת *et omnia vasa ejus*, cod. Kenn. 9, 19, 69, 80, 84, 89, 95, 109, 129, 132, 150, 152, 157, 158, 181, 186, 189, 193, 196, 198, 225, 227, 244, 249, 601, 602, 603, 615, 686, primo 4, 17, 94, 107, 110, 136, cod. mei 3, 10, 15, 16, 17, 174, 196, 250, 251, 262, 274, 419, 467, 475, 500, 503, 507, 532, 543, 549, 592, 606, 611, 668, 669, 716, 766, 825, primo 14, 18, 223, 230, 265, 266, 296, 340, 440, 562, 656, 699, 789, nunc 443, 678, ex exteris meae collat. 57, primo 103, Biblia Pisaur. 1517, Pent. antiquus in 4. sine anno et loco, Samar., Syrus, Arabs, Persa, Targ. Jonath., Targ. Onkel. in mss. meis 9, 10, 11, 266, 419, 500, 543, 549, 562, 592, 656, 766, primo 230, et ex edit. Sorae 1490, et Antwerpiensi.

Id. כל *omnia*, deest in cod. Kenn. 193, in meis 193, primo 649. In 668 punctis destituitur, nec illud exprimit Vulgatus.

XXXIX 37 את המנרה *Candelabrum* — ואת *Nec non candelabrum*, cod. K. 17, 69, 129, 152, 615, cod. mei 669, primo 262, 419, 668, ex exteris meae collat. primo 103, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum 549, 766, primo 11.

Ibid. את נרתיה *lucernas ejus* — ואת *lucernasque ejus*, cod. Kenn. 9, 17, 18, 69, 81, 89, 101, 129, 150, 152, 158, 186, 191, 193, 198, 200, 225, 228, 232, 389 D, 686, primo 107, nunc 151, quibus adde 576, seu Utinensem. Accedunt ex meis 2, 10, 16, 17, 174, 245, 248, 250, 266, 274, 500, 503, 507, 592, 669, 716, 789, primo 12, 18, 262, 264, 265, 340, 419, 443, 656, 668, 699, 825, nunc 384, ex exteris a me collatis primo 103, Sam., Syrus, Arabs communis, et Mauritanus, Targ. Jonath., Targ. Onkel. in mss. meis 10, 16, 248, 266, 404, 500, 543, 549, 562, 592, 656, primo 12, 230, 265, 419, et in Pentat. Sorae 1490, Ulyssip. 1491, antiquo in fol., Thessal. 1516, CPol. 1522, et in Polygl. Antwerp..

XXXIX 39 את המזבח *Altare* — ואת *Et altare*, cod. Kenn. 69, 129, cod. mei 248, primo 419, ex exteris a me collatis 103 prima manu, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum 248, 549, primo 419.

Ibid. את בדיו *vectes ejus* — ואת *vectesque ejus*, cod. Kenn. 69, 89, 129, 152, 181, 193, 199, cod. mei 16, 230, 248, 262, 668, primo 14, 419, 825, Sam., Syrus, Arabs communis, et Mauritanus, Targ. in mss. meis 16, 230, 248, 543, 549, 656, 766, primo 419, et in Pentat. Sorae 1490, Ulyssip. 1491, antiquo in fol., Thess. 1516, CPol. 1522.

Ibid. את הכיר *labrum* — ואת *et labrum*, cod. Kenn. 18, 69, 75, 80, 128, 129, 150, 181, 193, 199, primo 82, cod. mei 16, 174, 230, 262, 266, 274, 443, 467, 543, 592, 766, primo 2, 12, 248, 265, 419, 699, 825, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum 16, 230, 543, 549,

592, 656, primo 11, 12, 248, 265, 419, et ex edit. Sorae 1490.

XXXIX 40 את עמדיה *columnas ejus* — ואת *ac columnas ejus*, cod. Kenn. 69, 109, 129, 158, 181, 193, ex meis 419, 789, uterque primo, Samar., Vulg., Syrus, Arabs, Jonathan, Onkelos. in mss. meis 16, 549, primo 419.

Ibid. את מיתריו *funes ejus* — ואת *funesque ejus*, cod. Kennic. 69, 129, 132, 136, 150, 199, 200, 228, 247, primo 2, 4, 9, ex meis 15, 16, 248, 467, 529, 532, 543, 592, 668, 669, primo 262, 296, 419, 825, nunc 10, 384, ex exteris meae collat. 103 primo, cod. ms. Sam. 63, Vulgat., Syrus, Arabs communis, et Mauritanus, Jonathan, Onkel. in mss. meis 10, 16, 248, 266, 543, 562, 592, 656, 766, primo 11, 419, et in Pent. Sorae 1490.

XXXIX 41 את בגדי הקדש *vestes sanctitatis* — ואת *et vestes sanctitatis*, cod. Kenn. 2, 84, 129, 181, 193, 551 ex mea collatione, primo 82, 107, ex meis 174, 251, 507, 535, 592, 668, 669, primo 262, 419, 443, 543, 661, 825, nunc 678, ex exteris a me collatis 103 ex prima manu, Sam., Syrus, Arabs communis, et Mauritanus, Targ. in mss. meis 266, 543, 549, 592, primo 11, 419, et ex edit. Bonon. 1482, et Sorae 1490.

XL 14 והלבשת אתם *et vesties eos* — והלבשתם idem cum pronomine suffixo legit Sam. T., quem confirmat Kenn. cod. 196, et cod. meus 825, sed suppleta ad marg. alia lectione.

XL 16 ככל אשר צוה *juxta omnia quae praecepit* — כאשר צוה *sicut praecepit*, cod. meus 174 primo, Vulgat.. Lxx, Syrus, et Arabs comparationis particulam omittunt.

XL 20 הכפרת על הארן *propitiatorium super arcam* — הכפרת עליו *propitiatorium super illam*, cod. Kennic. 4, meus 699 primo, Arabs in utroque textu Paris., ac CPol..

XL 29 פתח משכן אהל *ad ostium tabernaculi tentorii* — פתח אהל *ad ostium tentorii*, cod. Kenn. 4, 18, 107, 160, 223, mei 296, 419, uterque primo, Arabs in utroque textu, Paris., ac CPol., et Targ. cod. mei 419 ante corr.. Lxx, et Syrus *tentorii* nomen omittunt, Samar. vero supplet נכלח *ante ostium*.

XL 31 ואהרן *et Aaron* — אהרן *Aaron*, cod. Kenn. 104, 132, 151, 153, 181, 186, 615, ex meis 766, primo 543, nunc 440, Sam., et Targ. cod. mei 766.

XL 33 המלאכה *opus* — כל המלאכה *omne opus*, cod. Kennic. 84, 615, et ut videtur, primo 9, Samar., Lxx, Vulg., Arabs in utroque textu, Paris. in Polygl. impresso, et CPolit..

XL 37 ולא יסעו *et non proficiscebantur* — לא יסעו *non proficiscebantur*, cod. Kenn. 129, et mss. cod. Sam. 63, 64, 127, 183, 221, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs. Copula hic redundat, et incommoda est: *Et si non ascendebat nubes, et non proficiscebantur*.

XL 38 יהוה *Domini*, deest in cod. meo 18 primo, et Lxx.

Ib. כל בית ישראל *omnis domus Israel* — כל ישראל *omnis Israel*, cod. Ken. 129, 153, et Lxx. Arabs in utroque textu, Paris., ac CPol., vertit بني *filiorum Israel*, ut Targ. cod. mei 592, sed in textu Saadiae CPol. deest voc. *omnium*, nec illud exprimit Vulgat. ms. mei cod. 631, vertens *videntibus populis Israel*.

LEVITICUS

Cap. I 2 ומן הצאן *et de pecude* — מן הצאן *de pecude*, cod. meus 503, et Sam.. Septem tamen mss. codices Sam. ab impresso recedunt, et copula insigniuntur.

I 3 אם עלה *Si oblatio* — ואם *Si autem oblatio*, cod. meus 419 primo tum in textu, tum in Chaldaica paraphrasi.

I 5 אשר פתח *quod est ad ostium* — אל פתח *ad ostium*, cod. meus 185 prima manu, cui suffragatur Syrus ܒܬܪܥܐ *in ostio*.

I 7 בני אהרן הכהן *filii Aaron sacerdotis* — בני אהרן הכהנים *filii Aaron sacerdotes*, cod. Kenn. 69, cod. mei 251, 274, primo 404. In plur. etiam hoc vocabulum primo scripserat scriba cod. 754, quod deinde abrasit ac correxit. Concinunt Sam., Lxx, Syrus, Targum cod. meorum 264, 549, 766, Talmud Babylonicum, nec dissentit Vulg., qui praecedens *filii Aaron sacerdotes* subintelligit. Loquor autem de Clementina Vulgati editione; nam Sixtina legit *sacerdotis*. Arabs in utroque textu, Paris., ac CPolit. legit in singulari, ac proinde corrigenda hic latina ejus versio in Polyglottis. Sed in plur. occurrit hoc adjunctum in ipso sacro contextu in vers. proxime antecedentibus ac subsequentibus, 5, 8, 11; unde lectionem hanc meliorem ac singulari praeponendam opinatur Houbigantius.

I 8 את הראש *caput* — ואת *et caput*, cod. Kenn. 1, 69, 80, 198, ex meis 16, primo 12, 500, Sam., Lxx, Syrus, Arabs communis, et Mauritanus, Jonathan, Onkelosus, etsi in latina ejus versione in Polyglottis edita nexus non exprimatur.

I 9 עלה *oblatio* — עלה הוא *oblatio haec*, vel *holocaustum est*, cod. K. 5, 152, 176, cod. mei 464, primo 19, 656, Sam., Lxx, Syrus, Arabs, Targum Jonathanis.

I 10 מן הכשבים *de ovibus* — מן הכבשים idem alio synonimo, cod. Ken. 94, 199, 686, cod. mei 18, 265, 467, 503, 554, primo 304, 340, 661, Pent. Ferrar. 1555, ad quem vide annotata *De Typ. heb. Ferr.* p. 52.

I 11 דמו *sanguinem ejus* — הדם *sanguinem*, cod. Kenn. 248, ex meis prima manu 18, 443, 543, Targum ejusdem codicis mei 543, et Coptus ⲙⲡⲓⲥⲛⲟϥ.

I 17 לא יבדיל *non dividet* — ולא *nec dividet*, cod. Kenn. 18, 69, 129, 150, 153, 181, primo 75, 107, ex meis 669, 766, primo 14, 419, 443, 683, nunc 543, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Jonathan, Onkelosus in mss. meis 419, 656.

II 4 מנחה *munus* — מנחה ליהוה *munus Domino*, codex meus 543, et 611, sed hic anteponit וכי תקריב ליהוה *Et quum offeres Domino*. Lectionem hanc sequuntur Lxx. Utraque tamen

vox δῶρον κυρίῳ *munus Domino* deest in ms. Oxoniensi, et in edit. Complutensi, et Aldina, ut notat Junius, nec exprimebatur in exemplari, quod ob oculos habebat Aegyptius interpres.

II 9 והקטיר *et adolebit* — והקטיר הכהן *et adolebit sacerdos*, cod. meus 10 primo, et Lxx.

II 11 לא תקטירו *non adolebitis* — לא תקריבו *non offeretis*, cod. Kennic. 1, 173, Sam., Lxx, et Arabs. Adde ex meis cod. 16 primo, in quo postremae hujus vocabuli litterae abrasae, et hodiernae rescriptae, ut dubitandum non sit, quin ita olim legeretur.

II 13 מעל מנחתך *desuper oblatione tua* — מעל מנחתיך *desuper oblationibus tuis*. In plur. legunt Lxx, et plene, seu cum *jod* plur. numeri nota Samar., et Kenn. cod. 69, 111, 129.

III 5 בני אהרן *filii Aaron* — בני אהרן הכהנים *filii Aaron sacerdotes*, codex meus 611 primo, Lxx, et Syrus. Sed Syrus praeponit; in ms. autem codice Syro-estranghelo Ambrosianae Biblioth. B 21 antiquissimo deest hoc additamentum, quod legitur in edito. Arabs addit et ipse, tum in Polyglottis, tum in CPol. Pentateucho, sacerdotis nomen sed in singulari et omisso altero filiorum Aaron.

III 7 כשב *ovis* — כבש idem alio synonimo, cod. Kenn. 1, 75, 189, ex meis 245, 293, 464, 766, primo 789, Pent. antiquus in 4. sine anno et loco.

III 8 לפני אהל מועד *ante tabernaculum conventus* — לפני יהוה *coram Domino*, cod. Kenn. 107, seu Harleanus. V. Kenn. *Diss. II* p. 346. Syrus utrumque legit: ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܒܬܪܥ ܡܫܟܢ *Coram Domino in ostio tabernaculo temporis*.

Ib. בני אהרן *filii Aaron* — בני אהרן הכהנים *filii Aaron sacerdotes*, cod. meus 248 primo, qui verbum totidem litterarum abrasum exhibet, ac praeterea priorum hujus verbi litterarum vestigia. Ita Lxx, οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς, quos pro more sequitur Coptus.

III 9 ואת החלב *et adipem* — את *adipem*, cod. Kennic. 2, 4, 80, 82, 89, 94, 107, 109, 132, 139, 151, 152, 158, 181, 196, 198, 225, cod. mei 174, 185, 248, 251, 500, 503, 518, 649, 669, 825, primo 5, 16, 245, 262, 419, 464, nunc 3, 10, 233, 476, 668, 674, 766, Biblia Veneta fol. 1517, in 4. 1518, Veneta 1521, bina Basileensia Munsteri Heb.-lat. 1534, 1546, Sam., Targ. in mss. meis 10, 419, 543, 649, 656, 766. Versu 3, ubi hic idem versus conceptis verbis occurrit, copula desideratur. Conf. Houbig., qui, ut solet, Sam. lectionem praefert.

III 11 אשה *sacrificium* — אשה ריח ניחח *sacrificium in odorem suavitatis*, codex meus 476 sine punctis, et Lxx. Haec verba inserit et cod. 5 Kenn., sed praeposito *lamed* לריח.

III 16 אשה *ignitum*, seu sacrificium. — אשה ליהוה *ignitum Domino*, cod. Kenn. 128, 150, ex meis 174 primo. Sam., et Lxx addunt et ipsi hoc vocabulum, sed postponunt: *ignitum in odorem suavitatis Domino*.

IV 2 לאמר *dicendo*, deerat in cod. meis 592, 611 primo, nec legit Vulg..

Ibid מאחת *ab uno* — אחת *unum*, cod. Kennic. 84, 95, 132, 152, ex meis 251 primo. Favet analogia, quam versiones omnes sequuntur.

IV 5 אל אהל *ad tabernaculum* — אל פתח אהל *ad ostium tabernaculi*, cod.

Kennic. 4, meus 419 primo, Syrus, Chaldaeus in comm. cod. meo 419 sine punctis, et ostii vocabulum legitur versu praecedenti, ubi haec verba occurrunt. Latina versio Sam. T. perperam legit hic hoc additamentum, quod in textu desideratur.

IV 7 הפר *vituli*, deest in Kennic. cod. 4, 109, 181, Samar., Vulgato, et Arabe.

IV 8 על הקרב 1° *super intestino* — את הקרב *intestinum*, cod. K. 1, 4, 69, 80, 89, 104, 129, 150, 227, ad marg. 200, 226, forte 107, cod. mei 174, 245, 248, 274, 476, 549, 668, 669, primo 1, 18, 262, 419, 543, 656, 766, Sam., Targ in mss. meis 476, 543, 656, primo 419, et ex edit. Ulyssip. 1491, Thess. 1516, CPol. 1505, et 1522. Ita legitur supra III 14.

IV 13 ישראל *Israel* — בני ישראל *filiorum Israel*, cod. Kenn. 69, primo 248, ex meis 543, 656, uterque ex prima manu, Arabs, Coptus, Targ. cod. mei 16, primo 543. Sed *filiorum* nomen, quod hic legitur in textu arabico Saadiae in Polyglottis excuso, deest in CPolitano.

IV 14 לפני אהל *ante tabernaculum* — אל פתח אהל *ad ostium tabernaculi*, cod. meus 262 primo, Lxx, Vulgatus. Silent codices Kennic., sed tres 69, 84, 193 loco לפני *ante* legunt אל *ad tabernaculum*. Conjicit Kennic. codicem 191 forte legisse אל פני *ad faciem*. Ego vero verosimilius conjicio codicem hunc prima manu nostram hanc lectionem habuisse, et legisse אל פתח *ad ostium*.

IV 16 אל אהל *ad tabernaculum* — אל פתח אהל *ad portam tabernaculi*, cod. mei 248, 543, ambo ex prima manu, Syrus, et Chaldaeus eorumdem codicum.

IV 17 והזה *et asperget* — והזה מן הדם *et asperget ex sanguine*, cod. K. 136, cod. mei 507 ad marg., primo 174 marg., 262, 699. Ita legit Samar., et locus parall. v. 6 hujus capitis. Arabs et Jonathan supplent et ipsi *ex eo*, idest sanguine. Idem cod. meus 262 antiquissimus praecedens מן הדם *de sanguine* legebat בדם *in sanguine*, ut cod. Kennic. 152, Syrus, et vers. 6, unde videtur hausta haec lectio.

Ibid. הפרכת *veli* — פרכת הקדש *veli sancti*, cod. Kenn. 247, Sam., Lxx.

IV 22 אלהיו *Dei sui*, deest in Kenn. cod. 18, 144, 247, in meo 2 primo, in Vulgato, in Arabe ex utraque editione Paris., ac CPolitana.

IV 25 דמו *sanguinem ejus* — כל דמו *omnem sanguinem ejus*, cod. Kenn. 109, 129, 227, meus 754 primo, Lxx.

IV 27 ממצות יהוה *ex praeceptis Domini* — מכל מצות יהוה *ex omnibus praeceptis Domini*, cod. Kenn. 101, 136, nunc 232, ex meis 476 primo, Samar., Targ. cod. mei 12 primo. Ita etiam Lxx ἀπὸ πασῶν, etsi in latina eorum interpretatione vocabulum hoc non exprimatur, et vers. 22 hujus cap..

IV 29 במקום העלה *in loco holocausti* — במקום אשר ישחט העלה *in loco, ubi immolabit holocaustum*, cod. Kennic. 4, codex meus 10 ad marg., Targ. cod. mei 10, et Talmud Babil., quod praeterea inserit את. Sic etiam legit ex prima manu cod. meus 503, sed passivae תשחט העלה *immolatur holocaustum*, ut Syrus, et infra VI 18. Congruit Sam., at in plur. ΛΛ. ࠉࠔࠇࠈࠅ *immolabunt* τὸ holocaustum, hancque

lectionem sequuntur Lxx, Coptus, et versio Arabico-Samaritana inedita cod. Barberini, quae verba haec reddit ࠐࠉ · ࠀࠋࠌࠅࠑࠏ · ࠀࠋࠃࠉ · ࠉࠃࠁࠇࠅࠍ · ࠀࠋࠑࠏࠉࠃࠄ · *in loco, in quo mactant holocaustum*. Vulgat., Chald., et Arabs com. hoc additamentum non agnoscunt; quamobrem male notat Brunsius *De libello contra Kenn.* p. 54 versiones omnes antiquas huic lectioni adstipulari. Conf. Morin. *Var. lect. Sam.* pag. 53, Houbig. in h. l., Kenn. *Diss. I* pag. 391, *Lettres à M. Kenn.* pag. 80, et *Specim.* meum *pont. cod.* pag. 211 seq.

IV 30 כל *omnem*, deest in cod. Kenn. 109, in meo 669 primo, et in Samar. 127.

Ibid. המזבח *altaris* — מזבח העלה *altaris holocausti*, cod. Kenn. 95, 107, Sam., Syrus.

IV 35 אשר חטא *quod peccavit*, desunt haec verba in cod. meo 262 primo, et in Vulgato.

V 2 אשר *quae tetigerit* — כי *quum tetigerit*, cod. Kenn. 102, 111, 153, 189, 248, meus 443 primo, Sam.

V 4 כי *quum juraverit* — אשר *quae juraverit*, cod. Kenn. 18, meus 10 primo, et Vulgat.. Mendosa hic lat. versio Chaldaei.

V 8 והקריב *et offeret* — והקריב הכהן *et offeret sacerdos*, cod. meus 262 primo, ac Lxx. Sed in ms. Graeco antiquissimo Claudii Saravii vocabulum ὁ ἱερεύς *sacerdos* asterisco tamquam adscititium notatur, ut animadvertit ad h. l. Junius, etsi illud in textum recipiendum esse contendat hic Houbigantius.

V 11 תשיג *assequutus fuerit* — תגיע *attigerit*, cod. Kenn. 107, meus 17, qui notat ad marg. alios codices legere תשיג.

V 17 ואם נפש כי תחטא *Et si anima quum peccaverit* — ואם נפש אחת תחטא *Et si anima aliqua peccaverit*, Sam. T., et ut videtur, cod. meus 18 primo, in quo post vocabulum נפש aliud trium litterarum abrasum est, ac recentiori atramento superscriptum כי. Cod. Kenn. 84 inserit et ipse אחת *aliqua*, sed retento כי *quum*, quod incommodum est, et non solum Samar. T., sed vetustae omnes versiones, una excepta Chaldaea, omittunt, ac deest etiam in cod. Kennic. 4.

Ibid. תחטא *peccaverit* — תחטא בשגגה *peccaverit per ignorantiam*, cod. Kenn. 75, et Vulgatus, quibus ex collatione in h. l. doctissimi Fabricy addendus 440 Casanatensis.

V 24 וחמשתָיו *et quintas partes ejus* — וחמשיתוֹ *et quintam partem ejus*. Irregularis est prior lectio ex utraque forma sing., ac plur. composita. Singularem aperte exhibent cod. mei 174, 262, primo 12; codex vero 17 plene quidem legit, sed cum punctis singularis lectionis. Atque ut singulari lectioni, quam sequuntur vetustae omnes versiones, favet lectio defectiva hujus nominis, seu sine *jod* plur. numeri nota, eam exhibent ex Kenn. codicibus 1, 4, 5, 18, 80, 84, 104, 107, 108, 109, 125, 129, 136, 150, 151, 152, 158, 168, 186, 196, 226, 244, 248, 249, 601, 603, 615, nunc 389 D, ex meis 14, 19, 185, 245, 248, 296, 479, 529, 543, 549, 611, 661, 669, 699, 754, 766, 825, primo 2, 16, 264, 419, 721, nunc 562, Biblia Soncin. 1488, Brixiensia 1494, Pentat. Brix. 1492, et 1494, et Sam. T.. Ex hisce porro codicibus sunt qui utraque

puncta habent singularis ac plur. lectionis, seu *vav* cum *cholem*, et *tav* cum *kametz*, sicque legunt ex meis 14, 245, 248, 467. Cod. 721 haec notat ad marg: *Dissentiunt hic codices. Masora praecipit hoc vocabulum esse plenum, sed correctissimi codices legunt sine* jod.

V 25 בערכך *in aestimatione tua* — כערכך *juxta aestimationem tuam*, cod. Kenn. 8, 109, meus 450, 766, forte 10, et Biblia Soncin. 1488 hic a Kenn. omissa, etsi ab eo in integrum collata. Ex antiquis interpretibus ita legunt Vulgatus, et Targ. cod. mei 16. Sam., Arabs, Chaldaeus impressus communem lectionem sequuntur, ac mendose in latina eorum interpretatione vertitur *juxta*.

VI 3 ילבש *induet* — יהיו *erunt*, cod. Kenn. 4, 189, 193, 253, cod. mei primo 503, 543, 668. Ita legitur loco parall. c. XVI 4.

VI 7 וזאת תורת *Haec autem est lex* — זאת *Haec est lex*, codex meus 419 primo, Lxx, Vulg., Targ. cod. ejusdem 419.

VI 8 המזבח *altare* — המזבחה *in altare*, cod. Kenn. 5, 69, 132, 156, 190, ex meis 507, 529, primo 11, 262, 265, 296, 479, 579, nunc 543, Pent. Bonon. 1482, et Sam. T.

Ibid. ריח *in odorem* — אשה לריח *ignitum*, seu *hostiam in odorem*, cod. Kenn. 155, Sam., Lxx.

VI 10 מאשי *ab ignitis*, sive *hostiis meis* — מאשי יהוה *ab hostiis Domini*, cod. Kenn. 152, 193, meus 543 primo, Sam., Lxx, Vulgatus.

VI 19 תאכל *comedetur*, deest in cod. meo 503 primo, et Vulgato, qui vertit: *Comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.*

VII 3 יקריב *offeret* — ירים *elevabit*, cod. Kenn. 1, 84, meus 248, nunc 555, Arabs, Targ. cod. ejusdem 555 nunc. Utrumque habet cod. meus 766, sed ירים sine punctis, ut abolendum. Ad marg. 248 notatur alios codices legere יקריב *offeret*.

Ibid. את האלה *caudam* — ואת *et caudam*, cod. Kenn. 186, primo 136, ex meis 419, 668, ambo ex prima manu, et Lxx.

VII 6 יאכל *comedetur*, deest in cod. meo 503 primo, ac Vulgato.

VII 18 ואם *Si vero* — אם *Si*, cod. meus 419 primo, Vulgat.. Idem cod. 419 tum in textu, tum in Targum, legebat primo in hoc versu cum copula והמקריב *et offerens*, ut cod. Kenn. 84, Syrus, Vulg., et Arabs.

VII 19 כל טהור *omnis mundus* — כל טהור בביתך *omnis mundus in domo tua*. Sic locum hunc legit ac producit R. Aaron Nicomediensis Karaeus in ms. ejus *Libro praeceptorum*, qui apud me extat, cui tamen nullus codex, nullaque antiqua versio adstipulatur.

VII 21 ונפש כי *Et anima, cum* — ונפש אשר *Et anima quae*, codex meus 19 primo, Lxx, Vulgatus.

Ibid. שקץ *abominationem* — שרץ *reptile*, cod. Kennic. 158, 186, 196, 223, 227, ex meis 543, 554, Samar., Syrus, Arabs, Chaldaeus. Conf. Morin. *Var. lect. Sam.* p. 54, et Houbigant., cui pro more placet lectio Samaritana. Eam etiam judaicae praefert Lilienthalius *Comm. crit. cod. Regiom.* pag. 108. » Quae lectio, inquit is, » praeferenda videtur, quia alias pleo- » nasmus esset שקץ טמא *res abominan-* » *da immunda*. Potius ut antea homi- » num pecudumque immundorum men-

» tio facta, ita nunc commode com-
» memorantur reptilia immunda.

VII 25 יקריב *offeret* — יקריבו *offerent*, cod. Kenn. 5, 69, 84, 181, nunc 155, primo 9, forte 75, cod. mei 174, 230, 251, 274, 467, 766, primo 18, 265, 543, 562, 668, et ut videtur, 262, nunc 507, 606, Samar., Targ. in mss. meis 11, 230, 265, 543, 549, 562, 766. Syntaxis tamen et versiones antiquae favent lectioni singulari, quam male Samar. textui tribuit latina ejus interpretatio.

Ibid. אשה *sacrificium ignitum* — קרבן *oblationem*, cod. Kenn. 104, 152, 181, ex meis 248, primo 18, 669, Chaldaeus. Utrumque cod. Kenn. 325, ex meis 529 primo. Cod. meus 248 notat ad marg. alia exemplaria legere אשה *sacrificium*.

VII 29 שלמיו *pacificorum suorum* — שלמים *pacificorum*, vel pacificum, cod. meus 535 primo, Lxx, Vulgat., Syrus, Arabs. Sed Lxx, et Arabs substantivo sing. utuntur, Syrus vero adjectivo ܡܫܠܡܐ.

VII 30 את החלב *adipem* — ואת *et adipem*, cod. Kennic. 186, meus 419 primo, Syrus, et Targ. cod. ejusdem 419 ante corr.. In Syro tamen codice ms. Ambrosiano B 21 legitur ܠܬܪܒܗ sine copula.

Ibid. את החזה *pectus* — ואת *et pectus*, cod. Kennic. 1, 4, 69, 150, 158, 200, 225, 226, 389 B, D, primo 9, 107, 136, 168, nunc 151, cod. mei 1, 2, 13, 16, 174, 230, 245, 274, 532, 543, 549, 555, 716, primo 7, 18, 250, 262, 419, 464, 668, nunc 10, 529, ex exteris a me collatis 57, Vulg., Targ. Jonath., Hieros., Onkel. in mss. meis 16, 230, 543, 555, 766, primo 419.

VII 32 תרומה לכהן *oblationem sacerdoti* — תרומה ליהוה *oblationem Domino*, cod. meus 535 primo, et Syrus. Utrumque inserunt cod. K. 4, 196.

VII 34 שלמיהם *pacificorum eorum* — שלמיכם *pacificorum vestrorum*, cod. Ken. 181, 200, primo 103, 109, et Lxx. Videtur amanuensium mendum petitum ex sup. versu 32.

VII 36 לדרתם *in generationes eorum* — לדרתיכם *in generationes vestras*, cod. meus 185 primo. Concinit versio Samar. ࠋࠃࠓࠕࠉࠊࠌ. Hinc latina translatio *in generationibus vestris* Samarit. versionis est, non Samar. textus, qui una cum reliquis versionibus antiquis, et ipsa contextus analogia favet lectioni receptae.

VII 37 למנחה *oblationi* — ולמנחה *et oblationi*, cod. Kenn. 9, 84, 109, 152, 186, 200, primo 136, 155, ex meis 174, 197, 419, 455, 476, 543, 766, primo 5, 230, 262, 656, 668, 699, ex exteris meae collat. 57, 103, Sam., Lxx, Syrus, Arabs. Perperam copulam exprimit latina versio Chaldaei in Polyglottis editi, qui ea destituitur. Sed legitur in Targ. mss. meorum codicum 5, 230, 265, 419, 476, 555, 562, 656, et in antiquis ejus edit., Ulyssip. 1491, Thessalon. 1516, ac CPolit. duabus 1505, 1522.

VIII 4 העדה *coetus* — כל העדה *omnis coetus*, cod. meus 699 primo, Vulgat., Syrus, Coptus. Favet contextus analogia: *Et locutus est Dominus ad Mosem .... omnem coetum congrega. Fecitque Moses sicut illi praeceperat Dominus, et congregatus est omnis coetus.*

VIII 10 ויקדש אתם *et sanctificavit ea* — ויקדש אתו *et sanctificavit illud*, cod. Kenn. 152, 196, primo 4, quibus ex mea collatione addendus 476, seu Vaticanus nunc, codex meus 789 primo, et Lxx. Codex meus 185 ad publ. exemplarium normam anno 1304 conscriptus haec notat ad marg. ספר זקן אתו *codex antiquus legit illud*.

VIII 12 משמן *de oleo* — שמן *oleum*, cod. meus 10 primo, et Vulgat. vertens *quod fundens*.

VIII 16 ויקטר משה המזבחה *adolevitque Moses super altare* — ויקטר אתו המזבחה *adolevitque illum super altare*, cod. meus 174 primo, et Arabs. Mosis nomen omittit etiam Vulgatus. Arabicus Saadiae textus CPolit. cum Parisiensi congruit, sed pronomine utitur suffixo וקתרה.

VIII 21 אשה הוא *sacrificium est* — אשה *sacrificium*. Repetitum pronomen, quod videtur in textu redundare, non habent cod. Kennic. 109, 170, 605, cod. mei 555, 699, uterque prima manu, nec illud exprimunt Vulg., Syrus, et Arabs.

VIII 28 ויקטר *et adolevit* — ויקטר אתם *et adolevit ea*, cod. meus 18 primo, Lxx, Syrus, Arabs.

Ibid. אשה הוא *ignitum est* — אשה *ignitum*. Deest היא in cod. Kenn. 132, in meo 503 primo, in Sam., Vulgato, et Syro.

VIII 30 על בגדיו *super vestes ejus* — ועל *et super vestes ejus*, cod. Kenn. 1, 5, 9, 18, 75, 84, 89, 109, 125, 129, 132, 136, 150, 151, 152, 160, 181, 186, 189, 191, 193, 196, 199, 200, 227, 228, 239, 244, 247, 253, 384, 389 B, 601, 602, 603, 615, primo 82, 94, 168, quibus adde 576 a Kenn. praetermissum. Accedunt ex meis 1, 3, 10, 16, 230, 245, 248, 250, 251, 257, 265, 293, 443, 444, 455, 464, 500, 549, 555, 649, 669, 716, 766, primo 2, 12, 18, 262, 419, 543, 592, 656, 668, 683, 699, nunc 197, 535, ex exteris a me collatis 57, primo 103, Samar., Lxx, Vulg., Syrus, Jonathan, Arabs communis, et Mauritanus. Deest copula in Chaldaeo Onkel. in Polyglottis edito, etsi in latina ejus translatione legatur, sed extat in Targ. mss. meorum 8, 10, 16, 230, 248, 257, 265, 404, 543, 549, 562, 592, 656, 766, primo 12, 419, et in antiquis editionibus Pent. Ulyss. 1491, antiqui sine an. et loco, Thess. 1516, CPol. 1505, 1522, et in Polygl. Antwerpiensibus.

Ibid. את בגדיו *vestes ejus* — ואת *et vestes ejus*, cod. Kennic. 5, 75, 89, 108, 109, 129, 136, 151, 152, 181, 199, 200, 227, 247, 248, 249, 615, primo 17, 82, 94, cod. mei 1, 8, 10, 13, 16, 17, 174, 230, 245, 248, 251, 293, 440, 443, 444, 464, 532, 649, 668, 699, 766, 789, primo 11, 18, 250, 262, 319, 419, 592, 683, nunc 535, 543, ex exteris meae collationis 57, 66. Conjunctionem quoque exhibent Samar. T., Lxx, Syrus, versio Persica, Targ. Jonath., Targ. Onkel. in mss. meis cod. 8, 10, 11, 230, 248, 766, nunc 562, et in antiquis edit. Pent. Sorae 1490, Ulyss. 1491, antiqui sine anno et loco, CPol. 1522. In CPol. 1505, et Thessal. 1516 hic versus typographorum incuria est omissus. In Targ. in Polyglottis edito copu-

la desideratur, et ex sola interpretis licentia in latina ejus versione additur.

VIII 33 ידכם *manum vestram* — ידיכם *manus vestras*, cod. Kennic. 9, 69, 107, ex meis 11, 251, uterque primo, Sam., Lxx, Syrus, Chaldaeus.

IX 21 צוה משה *praecepit Moses* — צוה יהוה את משה *praecepit Dominus Mosi*, cod. Kennic. 84, 107, 129, 136, 150, 152, 181, 206, 218, 248, 342, 368, 369, 437, 438, 439, 459, 464, 466, 482, 488, 517, 564, 567, 593, 597, 610, primo 436. Ad correctos etiam codices referendus 564. Nomen etiam Domini sine sequenti nota accus. casus inserunt 109, 529, forte 346. Concinunt ex meis 789, primo 174, 543, 699, Sam., Lxx, Targ. Jonathan., et Arabs communis in Polygl. editus, qui vertit حسب ما امر الله به موسى *juxta id quod praecepit Deus Musae*, vel Mosi. At vero dissentit hic Saadiae textus CPol., qui legit כמא אמר מוסי *sicut praecepit Moses*. Hisce interpretibus male Chaldaicam Onkelosi paraphrasim, saltem impressam, addit Vogelius *Observ. crit.* pag. 10. Ita tamen vertit Targum ms. mei cod. 543, et ex prima manu Targ. Kenn. cod. 564. Praeterea inter fontes variae hujus lectionis producendus est cod. meus 419 qui legit primo צוה את משה *praecepit Mosi*, subintellecto quod praecedit, nomine Domini, et Targum cod. 562 in hoc exponendo textu cum eodem codice consentiens: כמה דפקיד ית משה.

X 1 בני אהרן *filii Aaron* — שני בני *duo filii Aaron*, cod. Kenn. 5, 181, meus 535 primo, Lxx, Arabs, et ut notat Vogelius p. 10, Targ. cod. Helmstad., seu ejusdem Kenn. 181, quibus favet ined. Pent. Hellenist. Venetus τῷ υἱῷ τοῦ Ἀαρωνος. Nota tamen in ms. Graeco Alex. Lxx vocabulum δύο desiderari, et CPol. Saadiae textum arabicum communem lectionem sequi.

Ibid. עליה *super illo* — עליהן *super illis*, cod. Kenn. 181, ex meis 174, 549, 592, primo 2, 419, 543, et ut videtur, 656. Extant autem codices, qui plur. legunt, sed genere masc. עליהם. Sic legunt ex Kenn. 69, 80, 84, 129, 200, primo 5, 248, ex meis 262. Pluralem lectionem exhibent, Samar. T., sed cum suffixo foem., ms. Alex. Lxx, Coptus, Syrus, et Arabs communis in Polyglottis excusus, a quo iterum recedit CPolitan., qui pro عليهما legit עלידא *super illo*, pluralem denique Chaldaeus in mss. meis 257, 404, 549, 592, primo 230, 419, et Persica Tawosi translatio.

X 5 כאשר דבר *sicut locutus fuerat* — כאשר צוה *sicut praeceperat*, cod. Kenn. 18, 254, mei 6, 419, uterque primo, Vulg., Arabs, et Targ. cod. mei 419 ante corr.

Ib. כאשר דבר משה *sicut locutus fuerat Moses* — כאשר דבר יהוה *sicut locutus fuerat Dominus*, cod. Kenn. 605, meus 562 primo, quibus favet Arabs: كما امر الله موسى *sicut praeceperat Deus Mosi*. Sed arabicus textus CPolit. Dei nomen omittit, vertitque כמא אמר מוסי *sicut praeceperat Moses*.

X 6 בניו *filios ejus* — בניו הנותרים *filios ejus reliquos*, cod. meus 18 primo, Lxx, et Syrus.

X 8 אל אהרן *ad Aaron* — אל משה *ad Mosem*, cod. Kenn. 107, 136, cod. mei 17, primo 11, 18, 185, 262, 549. Utrumque habent ex Kenn. 111, 223, ex meis 230. Latina versio Sa-

mar. T. habet et ipsa Mosis nomen, sed mendose, et contra fidem utriusque textus, Hebraeo-Samaritani, et Samar. versionis.

X 9 אל תשת *ne bibas* — אל תשתו *ne bibatis*, cod. meus 683 primo, Lxx, Vulgatus.

X 15 צוה יהוה *praecepit Dominus* — צוה יהוה את משה *praecepit Dominus Mosi*, cod. Kenn. 109, ex exteris a me collatis 29 primo, et Lxx.

X 17 עליהם *super illis* — עליכם *super vobis*, cod. Kenn. 17, 18, 132, 196, 225, 248, primo 3, 84, 107, nunc 157, ex meis primo 649, 668, nunc 549, Targ. Jonath., et Targ. Onkel. in cod. meo 549.

XI 3 שסע פרסת *fissuram ungularum* — שסע שתי פרסת *fissuram duarum ungularum*, cod. Kenn. 185, 193, 382, 411, 448, primo 157, forte 356, cod. mei 3, primo 19, 649, Samar., Lxx, Syrus.

XI 4 ממעלי *ex iis quae ascendere faciunt* — ממעלה *ex eo quod ascendere facit*, cod. Kenn. 6, primo 95, forte 109, ex meis 543, reluctantibus versionibus antiquis, sed favente contextu, in quo hoc idem verbum in singulari repetitur.

Ibid. איננו מפריש *non est dividens* — לא יפריש *non dividit*, cod. mei 668, 669, 699, omnes ex prima manu.

XI 9 את זה *Hoc* — ואת זה *Hoc autem*, cod. Ken. 129, Sam., Lxx, Syrus, Arabs. Male in Chaldaei vers. lat. copula hic additur, qua textus caret.

Ibid. אשר לו *cui* — אשר יש לו *cui est*, cod. meus 2 primo. Versiones omnes verbum exprimunt, illudque in textu supplendum autumat Houbigantius.

XI 12 כל *Omne* — וכל *Et omne*, cod. Kennic. 1, 69, 132, 152, 153, 196, 225, 248, primo 81, 155, ex meis primo 592, 825, nunc 543, ex exteris meae collationis 37, Sam., Lxx, Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 592. Versu 10 haec eadem adjecta conjunctione occurrunt.

XI 15 את כל *Omnis* — ואת *Et omnis*, cod. Kennic. 5, 9, 69, 80, 81, 106, 109, 129, 132, 150, 186, 200, 248, primo 4, 107, 168, 229, nunc 2, cod. mei 14, 174, 245, 251, 274, 340, 419, 455, 649, 825, primo 3, 5, 10, 12, 18, 19, 185, 233, 250, 262, 264, 440, 443, 562, 656, 754, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs communis et Mauritanus, Targ. Jonathanis, Targ. Onkelosi in mss. meis 5, 10, 419, 549, 562, 656, primo 12, 264, et ex editione Sorae 1490. In Polyglottis editum nexum non exhibet, etsi eum exhibeat versio latina.

XI 20 כל שרץ *Omne reptile* — וכל *Omne autem reptile*, cod. Kenn. 132, 181, ex meis 592 primo, Sam., Lxx, Syrus, Targ. Jonathanis, Targ. Onkelosi ms. mei 592, et Arabs in utraque editione Paris., ac CPolitana. Immo in CPolitana, ubi primum cujusvis versiculi verbum sacri textus ante arabicam explanationem producitur, vocabulum hoc cum copula affertur וכל; unde non dubitandum, quin Saadias codicem prae manibus habuerit ita legentem. Quod idem fit in Targ. Jonath. in Polyg. excuso. Nota tamen tres mss. cod. Samar. cum hodierno Hebraeo textu congruere, nec ullam copulam praeseferre.

XI 21 בהן *in illis* foem. — בהם *in illis* masc., cod. Kenn. 2, 9, 18,

80, 81, 84, 110, 129, 136, 181, 193, 196, 199, 200, primo 5, 103, 107, 111, 128, 158, item 109, 144, qui *nun* habent super ras.. Mascul. lectionem sistunt ex meis cod. 1, 6, 10, 13, 17, 262, 274, 443, 529, 543, 649, 669, 699, 716, marg., 766, primo 9, 12, 16, 18, 174, 404, 419, 464, 592, 668, ex exteris meae collat. 57, et Samar. T., eamque postulat analogia contextus, in quo praecedit כרעים. Pent. antiquus in fol. asterisco dictionem hanc notat, proculdubio ad indigitandam variam nostram lectionem, ut in ejus descriptione observavimus *De ignotis antiquiss. edit.* pag. 16.

XI 22 אלה *haec* — כל אלה *omnia haec*, cod. 150 Kennic., et 1 exterorum meae collationis, qui praeterea hoc additamentum legebat in Targum, sed utrobique deletum est, nullumque habet in antiquis versionibus praesidium.

XI 23 וכל שרץ *Omne autem reptile* — כל *Omne reptile*, cod. Kennic. 129, 150, ex meis 649, primo 443, Sam. cod. mss. 63, 183, Lxx, Targ. cod. mei 766.

XI 25 מנבלתם *ex cadavere eorum* — את נבלתם *cadaver eorum*, cod. Ken. 19, 153, meus 649, Lxx, Syrus, Targ. cod. ejusd. mei 649. Cod. meus 669 legebat primo בנבלתם.

Ibid. יכבס בגדיו *lavabit vestimenta sua* — יכבס בגדיו ורחץ במים *lavabit vestimenta sua, et mundabit aquis*, cod. K. 107, et Sam.

XI 26 לכל הבהמה *Omni animali* — וכל הבהמה *Et omne animal*, cod. Kenn. 69, 129, mei 562, 592, uterque primo, Syrus, Vulgat., Targ. ms. mei 592. Cod. meus 419 legebat prima manu ולכל *et omni* tum in textu, tum in Targum.

Ib. הנגע בהם *tangens illa* — הנגע בנבלתם *tangens cadaver eorum*, cod. K. 181, 193, 210, ex meis 10, 649, 656, omnes primo, et Lxx. Cod. K. 129 utrumque habet.

XI 37 על כל זרע *super omne semen* — על זרע *super semen*, cod. Kenn. 109, 223, sed in hoc postremo addito ad marg. כל *omne*, ut notat Lilienthalius, ex meis 264 primo, Samar., Vulg., et Arabs.

XI 38 זרע *semen* — כל זרע *omne semen*, cod. Kenn. 110, meus 656 primo, et Lxx.

Ibid. לכם *vobis*, deest in Kenn. cod. 82, 84, 193, in meo 419 primo, in Vulgato, et in Targ. cod. ejusd. 419.

XI 39 בנבלתה *cadaver ejus* — בנבלתם *cadaver eorum*, cod. Kennic. 9, 152, 153, primo 69, 99, 109, ex meis primo 10, 18, 174, 766, cod. Sam. 64, et Lxx.

XI 40 מנבלתה *de cadavere ejus* — מנבלתם *de cadavere eorum*, cod. Kenn. primo 69, 99, meus 18 etiam prima manu, et Lxx.

Ibid. נבלתה *cadaver ejus* — נבלתם *cadaver eorum*, cod. Kenn. 226, primo 99, meus 503, ut mihi videtur, primo, et Lxx.

Ibid. יכבס בגדיו 2° *lavabit vestimenta sua* — יכבס בגדיו ורחץ במים *lavabit vestimenta sua et mundabit in aquis*, cod. meus 262 primo, et Lxx. Sed verba haec controversa καὶ λούσεται ὕδατι *et mundabit aquis* desunt in Complutensi Lxx interp. editione, in Aldina, et in ms. Sarravii, ut monet Junius.

XI 41 שקץ הוא *abominatio est* — שקץ הוא לכם *abominatio est vobis*, cod.

Kenn. 136, 152, meus 549 primo, Lxx, Syrus.

XI 42 כל *Omne* — וכל *Et omne*, cod. Kenn. 9, 69, 129, 170, 248, mei 16, 262, uterque primo, Bibl. Sonc. 1488, Lxx, Syrus, Arabs, Targ. Jonathanis, in quo praeterea verbum hoc sacri textus, quod praemittitur, copula afficitur.

Ibid. עד כל מרבה *usque ad omne quod multiplicat pedes* — כל מרבה *omne multiplicans pedes*, cod. meus 669 primo, Lxx, Vulg., Syrus.

XI 44 כי קדוש אני *quoniam sanctus ego* — כי קדוש אני יהוה *quoniam sanctus ego Dominus*, cod. mei 174, 503, uterque primo, et Lxx. Sed in ms. Oxon., et Sarravii Lxx, et in Aldina editione deest vocabulum κύριος, et verbum εἰμι, quod supplent, in ms. Sarraviano obelo notatur, teste Junio in h. l..

XI 45 יהוה *Dominus* — יהוה אלהיכם *Dominus Deus vester*, cod. K. 1, meus 6 primo, Samar., et Syrus. Priores litteras controversi verbi scribere inceperat scriptor cod. mei 766.

Ibid. קדוש אני *sanctus ego* — קדוש אני יהוה *sanctus ego Dominus*, codex meus 265 sine punctis, et Lxx.

XII 5 על דמי *super sanguinibus* — בדמי *in sanguinibus*, cod. Kennic. 248, meus 262 primo, Lxx, Vulg.. Chaldaeus, et Arabs legunt *super*; quamobrem mendosa hic in Polyglottis latina utriusque translatio.

XII 7 עליה *super ea* — עליה הכהן *super ea sacerdos*, cod. Kenn. 193, Samar., Lxx, Syrus, quorum lectionem probat Houbigantius. In ms. tamen Sarravii vox ὁ ἱερεύς obelo notatur, et in ms. codice Syro-estr. Ambrosiano B 21 Sacerdotis vocabulum deest.

Ib. או לנקבה *vel foeminam* — ולנקבה *et foeminam*, cod. Kennic. 111, meus 18 primo, Sam., et Arabs. At vero a textu arabico communi discrepat hic CPolit., qui pro والانثى legit או ללאנתי, ut fert lectio recepta. Mendosa hic latina interpretatio Sam. in Polyglottis *aut foeminam*, quum utrobique, in textu Samar., et Sam. versione habeatur particula conjunctiva, non disjunctiva.

XII 8 אחד לעלה ואחד לחטאת *unum pro holocausto, et alterum pro peccato* — אחד לחטאת ואחד לעלה *unum pro peccato, et alterum pro holocausto*, cod. Kenn. 199, Sam., Syrus.

XIII 6 ולא פשה *nec difudit se* — לא פשה *non difudit se*, cod. Kenn. 1, 81, 94, 107, 125, 150, 158, 181, 244, 600 marg., primo 128, cod. mei 251, 543, 669, 766, primo 18, 503, 699, Sam., Lxx. Superiori vers. 5 hoc idem verbum sine nexu occurrit.

XIII 18 בו *in ea*, deest in cod. Kenn. 5, 18, 176, in meo 174 primo, nec illud exprimunt antiqui interpretes, Chaldaeo excepto.

XIII 27 וטמא הכהן אתו *et contaminabit sacerdos illum* — וטמא אתו הכהן *et contaminabit illum sacerdos*. Ita transpositis verbis cod. Kennic. 69, 107, meus 543, Samar., Lxx, et Syrus. Vulgatus, et Arabs sacerdotis nomen non repetunt.

XIII 50 והסגיר *et recludere faciet* — והסגיר הכהן *et recludere faciet sacerdos*, cod. Kenn. 69, 111, Lxx, Syrus.

XIII 54 והסגירו *et claudere faciet eum* — והסגרו הכהן *et claudere faciet eum sacerdos*, cod. Kenn. 9, 110, 152, primo 193, ex meis primo 265, 503, nunc 592, Lxx, ac Syrus.

XIV 3 הכהן 2° *sacerdos*. Deest repetitum Sacerdotis nomen in cod. K. 84, in meo 10 prima manu, nec legunt Vulgat., et Arabs in neutro textu, Paris. ac CPol..

XIV 6 את הצפר *Passerem* — ואת *Et passerem*, cod. Kenn. 69, 84, 602, primo 81, 95, ex meis 656 primo, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, et Arabs. Ex una interpretis licentia additur copula in lat. vers. Chaldaei.

XIV 12 והניף אתם *et agitabit ea* — והניף אתם הכהן *et agitabit ea sacerdos*, cod. Kenn. 136, meus 11 leviori calamo transfixus, et Syrus.

XIV 13 האשם *delictum* — כאשם *sicut delictum*, cod. Kenn. 69, Sam., Lxx, Vulgat.. Lectio judice Houbigant. melior.

XIV 14 ונתן הכהן *dabitque sacerdos* — ונתן *dabitque*. Abest Sacerdotis nomen a Kenn. cod. 1, 14, a meis primo 443, 649, a Sam., Vulgato, et Arabe ex utraque edit., Paris. ac CPol..

XIV 18 בשמן *in oleo* — מן השמן *ex oleo*, cod. Kenn. 1, 227, et praepositione conjuncta 239, Syrus, et Arabs.

XIV 24 הכהן 2° *sacerdos*, deest in cod. Kenn. 191, Sam., Lxx, Vulg., Arabe utroque Paris. ac CPol..

XIV 31 חטאת *delictum* — לחטאת *pro delicto*, codex meus 699 primo, Lxx, Vulgatus, Syrus, Arabs.

Ibid. הכהן *sacerdos*, deest in cod. Kenn. 152, Sam., et Arabe, etiam in textu CPol.. Vulgatus integrum hoc periodi membrum omittit.

XIV 44 הוא *ipsa*, vel *est*, deest in Kenn. cod. 5, 81, 84, 109, 155, 157, et in Sam. T..

XIV 57 להורת *Ad docendum* — ולהורת *Et ad docendum*, cod. Kenn. 9, 81, 136, 153, ex meis 16, 18, 251, 262, omnes prima manu, cod. Samar. 61, Lxx, Syrus, Arabs, etiam in textu CPol., Targ. cod. mei 549.

XV 4 כל המשכב *Omne stratum* — וכל *Et omne stratum*, cod. Kennic. 9, 17, 81, 109, 199, meus 649 primo, Syrus, Targ. cod. mei 766.

XV 6 ורחץ *et abluet* — ורחץ בשרו *et abluet carnem suam*, cod. Kenn. 69, meus 18 primo.

XV 11 וידיו *et manus suas* — וידו *et manum suam*. Ita sine *jod* plur. lectionis nota Sam., et Kenn. cod. 69, 107, 166, 600 marg.; sed vetustae versiones lectionem hanc rejiciunt.

XV 12 וכל כלי *et omne vas* — וכלי *et vas*, cod. meus 18 primo, Lxx, Vulgat..

XV 18 אשר *quae* — כי *quum*, cod. Kenn. 69, 84, 89, quibus addendus ex suppl. 384 primo, seu Stutgardianus. V. Schellingii *Descrip.* pag. 111. Accedunt ex meis 11, 592, uterque prima manu. Affinis huic est lectio cod. 322 כאשר *quum*. Lxx ἐάν *si*.

XV 19 וכל הנגע *et omnis tangens* — כל *omnis tangens*, cod. Kenn. 4, 5, 9, 14, 17, 18, 81, 95, 104, 107, 110, 111, 129, 150, 152, 155, 158, 168, 170, 193, 198, 200, 223, 244, 248, 249, 601, 602, 603, quibus ex suppl. addendus 384 nunc, et ex mea collatione 551, cod. mei 3, 12, 223, 245, 248, 293, 476, 529, 555, 611, 668, 669, 716, 789, primo 2, 16, 233, 262, 264, 340, 543, 562, 592, 649, 656, 745, 766, 825, nunc 10, 419, 674, ex exteris a me collatis 37, Biblia Veneta fol. 1518, Veneta ejusdem anni in 4., Basileensia

Munsteri 1534, 1546, Sam., Lxx, Vulg., Jonath., Onkel. in mss. meis 10, 12, 476, 543, 555, 562, 766, primo 649, nunc 419.

XV 26 כל המשכב *Omne cubile* — וכל *Omne vero cubile*, cod. Ken. 199, 200, 615, cod. mei 592, primo 419, Lxx, Syrus, Arabs, Targ. Jonathan., Targ. Onkel. in cit. meis mss. 592, primo 419.

XV 27 וכל *Et omnis* — כל *Omnis*, cod. Kenn. 5, meus 419 primo, Sam., Lxx, Vulgatus, Targ. cit. cod. mei 419 ante corr.. Octo tamen mss. cod. Samar. habent *vav* copulativum.

Ib. הנגע בהם *tangens ea* — הנגע בה *tangens illam*, cod. Kenn. 84, 136, 248, primo 176, 200, cod. mei 3, 443, 419, primo 10, 16, 18, nunc 543, Lxx, Vulgatus Sixtinus, seu ex edit. Sixti V 1590, nonnullaque alia Vulgati exemplaria, ut monet Bukentopius *Lux de luce* p. 149, item Arabs, etiam CPolit., ac Targ. mss. meorum 419, 649.

XVI 16 מטמאת *ab immunditiis* — מטמאת *ab immunditia*, Machazor Soncin. 1486 in sect. huj. loci, Syr., Chald.

XVI 19 מטמאת *ab immunditiis* — מטמאת *ab immunditia*, Machazor Soncin. 1486, Syrus, Chaldaeus.

XVI 21 ושלח *et dimittet* — ושלח אתו *et dimittet illum*, cod. meus 585 primo, Vulgatus, Arabs. A textu Syri et Chaldaei abest pronomen hoc mendose in latina eorum vers. expressum.

XVI 24 בעדו *pro seipso* — בעדו ובעד ביתו *pro seipso et pro domo sua*, cod. meus 585 primo, et Lxx. Kenn. 84 legit et ipse *et pro domo sua*, sed pro sequenti ובעד העם *et pro populo*, quod omittit.

XVI 28 יכבס בגדיו *lavabit vestes suas* — יכבס בגדיו במים *lavabit vestes suas in aquis*, cod. Keñnic. 4, 107, 185, primo 193, ex meis primo 16, 419, 592, Biblia Soncin. 1488, et Targ. mss. meorum 592, primo 419.

XVI 33 ועל הכהנים *et super sacerdotes* — על *super sacerdotes*, Ken. cod. 84, 157, 199, 674, 680, ex meis 585 primo, Sam., et Arabs. Sic Masora magna apud Norzium, qui illi ms. Masoram antiqui codicis opponit aliter praecipientem.

XVII 2 ואל בניו *et ad filios ejus*. Desunt haec verba in cod. meo 554 primo, et in duobus *Machazorim*, seu judaicarum precum Breviariis, Soncinensi 1486, et Pisaurensi a Soncinatibus edito sub in. sec. XVI.

XVII 3 מבית ישראל *de domo Israel* — מבני *de filiis Israel*, codex meus 592 primo, Lxx, et Arabs etiam in textu CPol..

XVII 4 האיש *vir* — הנפש *anima*, cod. meus 230 primo, et Lxx.

XVII 8 מבית *de domo* — מבני *de filiis*, codex meus 419 primo, Lxx, Arabs in utroque textu, Paris., ac CPolit., et Targ. mss. meorum 16, 419, 656.

Ib. בתוכם *in medio eorum* — בתוככם *in medio vestri*, cod. Kenn. 84, meus 585 primo, Lxx, Vulgatus, Syrus, Arabs Mauritanus, et Chaldaeus uterque Jonath., et Onkel.. Bina hic menda in Polyglottis Waltonianis corrigenda, alterum in vers. lat. interlineari *in medio vestri*, ac si sacer textus impressus nostram hanc variationem haberet, alterum in vers. lat. Sam. T., qui cum hodiernam lectionem tueatur ࠁࠕࠊࠌࠌ, perperam redditur *vobiscum*. Syrus ms.

Ambr. B 21 pro ܒܝܢܬܟܘܢ *inter vos*, ut habet editus, legit ܒܒܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ *in Israel*.

XVII 10 מבית *de domo* — מבני *ex filiis*, cod. meus 419 primo tum in textu, tum in Targum, Lxx, Syrus, Arabs *de Israelitis*. Syrus ms. Ambros. B 21 legit ܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ *ex Israel*.

Ibid. בתוכם *in medio eorum* — בתוככם *in medio vestri*, cod. Ken. 84, meus 419 primo, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus ex edit. Sixtina, quae hic a Clementina recedit. Ms. cod. Syriacus Ambros. B 21 iterum hic vertit ܒܒܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ *in Israel* ut versu 8.

Ib. כל דם *omnem sanguinem* — דם *sanguinem*, codex Kenn. 5, meus 1 primo, Vulgatus, Syrus, et Arabs. Favet contextus, in quo statim repetitur *dabo faciem meam in animam illam comedentem sanguinem*.

XVII 13 מבני *ex filiis* — מבית *de domo*, cod. Kenn. 1, 200, 615, nunc 155, primo 107, qui postremas litteras sup. ras. exhibet, cod. mei 262, 529, 669, 766, primo 419, Sam., Targ. cod. mei 766, et ante corr. 419.

Ibid. בתוכם *in medio eorum* — בתוככם *in medio vestri*, cod. Kenn. 17, forte 14, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Chaldaeus, et Arabs. Sed tres codices mss. Samaritani ab impresso dissentiunt, leguntque ࠁࠕࠅࠊࠌ *in medio eorum*.

XVII 15 נפש *anima* — הנפש *anima illa*. Articulum habet hic Sam. T., quem nullus Kenn. codicum confirmat. Lectionem hanc minoris momenti nec nostri instituti producimus, ut moneamus ita quoque legentem nos deprehendisse R. Aaron postremum fil. R. Eliae in ms. *Libro praeceptorum*, qui apud me extat.

XVIII 6 כל *omnem*, deest in Bibl. Brixien. 1494, et in Pent. Brixiensi ejusdem anni, tum in Vulgato, et Arabe. Nullus tamen cod. neque ex Kennicottianis, neque ex antiquioribus meis in h. l. collatis vocabulum hoc omittit.

XVIII 9 ערותן *turpitudinem earum* — ערותה *turpitudinem ejus*, cod. Ken. 19, 69, 84, 173, 675, 680, primo 3, forte 107, cod. mei 503, 549, 611, primo 18, 262, 412, 419, 443, 543, nunc 789, Sam., Syrus, Arabs, etiam in textu CPolit., ac Targ. in mss. meis cod. 549, 656, primo 11. Ita etiam antiqua manu correctum in altero ex duobus membr. exemplaribus meis Pent. antiqui in 4. sine anno et loco. Mendosa hic latina versio Samar. T., in quo non plurale, sed singulare legitur suffixum. In cod. Helmstadiensi testatur Vogelius hoc verbum latere, ac forte deesse. Si abest, congruit hic codex cum Vulgato. Alterum etiam מולדת *genitae*, quod praecedit, omiserat primo cod. meus 503, illudque non exprimunt antiquae nonnullae versiones, sed antiquiore ipsa primi scribae manu in textum restitutum est.

XVIII 11 ערות בת אשת אביך *Turpitudinem filiae uxoris patris tui* — ערות בת אשת אביך לא תגלה *Turpitudinem filiae uxoris patris tui non revelabis*. Ita in mss. nonnullis codicibus legi notat R. Elias fil. Mosis Karaeus in tractatu *De incestu* apud Seldenum *Uxor Heb.* lib. I cap. V pag. 22, cumque hisce codicibus congruunt Lxx, et Syrus. Verba haec addit et latina versio Chaldaei, sed mendose, quia in textu desiderantur. At vero in nullo hodiernorum codicum reperisse se hanc

lectionem testatur Seldenus, nullum producit Kennicottus, nec ullus extat ex antiquioribus meis in h. l. collatis, qui eam servet. Aliunde autem Karaeorum codices cum Rabbaniticis hic consentire ex celeberrimo R. Eliae Byzantini *Adereth Eliav* demonstrat Meyerus in proleg. ad *Seder olam* pag. 185, et in *Uxore christiana* Diss. II cap. V. Conf. Wolf. *Notitia Karaeorum* pag. 156 in notis. Quod vero spectat ad Syrum, in ms. cod. Ambros. B 21 desunt verba ܠܐ ܬܓܠܐ *non revelabis*.

XVIII 12 שאר אביך *caro patris tui* — כי שאר אביך *quia caro patris tui*, cod. Kennic. 173, 665, forte 3, ex meis 585 primo, Lxx, Vulgat., Syrus, Arabs in utroque textu, Paris. ac CPol.. Atque in Syriaca quidem versione commemorati ms. codicis Ambrosiani B 21 bis legitur haec particula, non modo in medio, ut in edita, sed etiam sub initium: ܡܛܠ ܕܩܪܝܒܬܗ ܗܝ ܓܝܪ ܕܐܒܘܟ *quoniam proxima est enim patris tui*. In Chaldaeo deest hoc adv., quod in latina ejus versione addit interpres.

XVIII 13 כי *quia*, deest in cod. Kenn. 181, 193, in meis 16, 659, primo 419, 654, nunc in 196, qui sine punctis habet, ut abjiciendum: nec illud legit Sam. T., et Targ. cod. mei 419 prima manu.

XVIII 14 אל אשתו *ad uxorem ejus* — ואל *et ad uxorem ejus*, cod. Kenn. 1, 4, 9, 17, 18, 132, 136, 181, 193, 665, primo 5, cod. mei 16, 250, 549, 592, 659, 766, primo 10, 419, 443, 654, 669, nunc 585, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Targ. Jonath., Targ. Onkel. in mss. meis 5, 16, 476, 543, 549, 592, 656, primo 230, 419, et in Pent. antiquo in fol. sine anno et loco.

Ibid. דדתך הוא *amita tua est* — כי דדתך הוא *quoniam amita tua est*, codex meus 597 primo, Lxx, Syrus, Arabs in utroque textu, Paris. ac CPol.. Vulgat. addit *quae*. Deest hoc adv. in Chaldaeo, nec recte illud exprimit latina ejus versio.

XVIII 17 ואת בת בתה *et filiam filiae ejus* — ואת בתה *et filiam ejus*, cod. Kennic. 17, 223, Biblia Nisselii 1662, et cod. Sam. 63, sed mendose et contra fidem antiquarum omnium versionum. Codex vero 223, seu Regiomontanus, ut notat Lilienthalius, et ex eo Hufnagelius, supplet ad marg. vocabulum בת.

XVIII 21 אלהיך *Dei tui* — יהוה אלהיך *Domini Dei tui*, cod. meus 649 primo. Arabs *Domini tui*, Lxx *nomen sanctum*.

XVIII 22 ואת זכר *Et cum masculo* — את זכר *Cum masculo*. Nullum pro hac lectione ms. codicem suppeditant Biblia Kennicottiana, et ex editis sola Biblia Rabb. 1526. Ex mss. meis ita legit 688 nunc, ex editionibus praeter commem. Biblia 1526, Biblia Rob. Stephani in 4., et 16., Veneta quinque 1544, 1549, 1551, 1563, 1566, Plantiniana 8. 1566, Veneta Rabb. 1569, Veneta 1570, Polygl. Antwerp. 1571, Antwerp. sine punct. 1573, Polygl. Vatabli 1587, Colon. Hutteri, Hamburg. Quadril. 1603, Lugdun. B. sine punct. 1610, Veneta bina 1613, 1615, Triglotta 1616, Veneta Rabb. 1617, Genev. 16. 1618, Basil. Rabb. 1620, Ven. 1627, Ven. 1635, Veneta Lombrosi 1639, Ven. alia 1647, Lips. Heb.-lat. 1657, Lon-

din. Polygl. 1657, Nissel. 1662, Maii Francof. M. 1712, Vienn. Hebr.-latin. 1743, Pentateuchi Ven. 1524, 1547, 1548 in 4., Heb.-lat. 1551, et Hanov. 1614. Biblia Hoogtii 1705, Proopsii 1725, Reinecii 1739, et 1756 notant ad marg. ita legere alia exemplaria, quibus ex antiquis interpretibus suffragatur Vulgatus, qui copulam non exprimit. Sed lectionem hanc ut mendosam reprobant Lonzanus ac Norzius, et Biblia Veneta 1739 ad marg., quae notant necessario legendum ואת cum copula. Ita legendum notat anonymus scriba ad marg. Pentat. mei Venet. 1547, et in altero 1548 copula manu suppleta est. Immo in altera edit. Pentat. Ven. ejusdem anni 1548 in 8. in textu ea recepta et impressa conspicitur; nec dubitandum, quin lectio haec mss. codicum praesidio destituta ac mendosa ex uno Ben Chaiim falsaque Masorae supputatione primum sit in Biblia an. 1526 invecta, ex quibus deinde in alias editiones profluxit.

XVIII 23 הוא *hoc* — היא *haec*, cod. Kenn. 9, 129, 132, 674, 678, primo 4, ex meis 13, 262, 373, 503, 585, 592, 802, primo 543. Foem. lectionem, sed retento *vav* הִוא, exhibent etiam codic. mei 9, 16, 240, 250, 304, 443, 554, 611, 661, 688, 716, 814, nunc 562, ex exteris meae collat. 66, 90, tria Biblia Basil. Munsteri 1534, 1536, 1546, bina Paris. Rob. Stephani in 4., et in 16., Veneta Rabb. 1568, Hamb. Hutteri 1587, Triglotta Vatabli 1587, Hartman. Francof. ad Od. in 4. 1595, Colon. Hutteri, Quadrilinguia Wold. 1603, Veneta 4. 1613, Ven. 1615, Triglotta 1616, Rabb. Veneta 1618, Rabb. Buxtorfii 1620, Veneta 1627, Veneta altera 1635, Amstelod. 1639, Ven. 1647, Nisseliana 1662, Pent. antiquus in fol. mutilus charact. german., Polyglottus CPol. 1547, Hanov. cum 3 Targ. 1614, Amstel. 1696, Machazor Sonc. 1486. Quarum editionum nonnullas produxerat jam Michaelis in Notis criticis ad sua Biblia. Nec silentio praetereundum, quod ad marg. pro hac lectione notat cod. Erfurtensis 1. » Sic הוא *hoc* in aliquibus codicibus, » sed in codicibus hispanicis, in omnibus optimae notae, invenimus תבל » הוא *confusio haec*. Dominus accele» ret adventum Messiae, et explanet » nobis abscondita ». Alii sive scribae, sive editores, codicum auctoritatem hinc inde venerati incertique cui nam ex duabus lectionibus palmam tribuerent, utramque lectionem masc. ac foem. in sacrum textum receperunt. Utrumque legunt ex meis codicibus 265, 319, 597, 721, primo 248, 782, Biblia Veneta decem, 1517, 1518, 1521, 1526, 1544, 1549, 1551, 1563, 1566, 1570, Plant. 8. 1566, Polygl. Antwerp., Plantin. fol. 1571, Genev. 16. 1618, Londin. Polyglot. 1657, Lips. ejusd. anni, Vienn. Heb.-lat. 1743, Pent. Ven. 1524, Venet. 1547, Venet. duo 1548, Sabion. 1558, Ven. bini cum Targ. et sine Targ. an. 1606.

XVIII 26 אתכם *vos*, deest in cod. Kenn. 150, in meis primo 1, 262, Samar., Lxx, Vulg., et Syro.

XIX 2 אל כל עדת בני ישראל *ad omnem coetum filiorum Israel* — אל בני ישראל *ad filios Israel*, cod. Kenn. 69, 84, 136, 184, ex meis 611 primo. Lxx, et Arabs, etiam in textu CPol.,

omittunt כל *omnem*, sed quod ad LXX attinet, Complutensis editio et Aldina hic addunt πάσῃ *omni*.

XIX 6 עד יום *usque ad diem* — ביום *in die*, cod. Kennic. 95, 185, meus 1 primo, Vulg..

XIX 13 לא תלין *non pernoctabit* — ולא *neque pernoctabit*, cod. Kennic. 4, 17, 69, 75, 81, 95, 109, 129, 152, 181, 193, 199, 200, primo 9, 14, 136, nunc 157, cod. mei 1, 10, 13, 16, 174, 248, 476, 543, 649, 668, 669, 699, 766, primo 2, 5, 18, 230, 262, 404, 419, 443, 555, 592, 656, Sam., LXX, Arabs etiam in textu CPol., vers. Persica, Targ. Jonath., Targ. Onkelosi in mss. meis 5, 10, 16, 230, 248, 404, 476, 543, 549, 555, 562, 592, 649, 656, 766, primo 12, 419, R. Immanuel in inedito suo Comm. cod. mei 404 bis hunc textum profert et illustrat, utrobique cum copula, sed posteriori loco seriori manu deleta. Cod. autem 440 notat ad marg. esse hanc unam ex scribarum conjecturis legendum ולא *neque*. Notandum tamen octo codices mss. Samaritanos copula carere, et cum hodierno Heb. textu congruere.

XIX 15 לא תשא *non accipies* — ולא *neque accipies*, cod. Kenn. 9, 75, primo 136, cod. mei 174, 592, 649, primo 262, Sam., Syrus, Arabs, Targ. cod. meorum 11, 555, 592, 649, primo 230. Male in lat. vers. Syri copula omittitur, in vers. Chaldaei exprimitur. Octo tamen codices Samar. receptam lectionem sequuntur.

XIX 16 בעמיך *in populos tuos* — בעמך *in populum tuum*, cod. Kenn. 1, 3, 6, 9, 14, 69, 80, 99, 107, 108, 109, 110, 111, 129, 132, 136, 144, 150, 152, 168, 196, 210, 253, 551 a me collatus, primo 177, nunc 157, cod. mei 5, 6, 10, 12, 13, 14, 16, 19, 174, 187, 197, 233, 251, 262, 296, 414, 443, 444, 455, 467, 507, 532, 535, 543, 549, 555, 592, 611, 649, 668, 669, 678, 766, 789, 825, primo 8, 18, 240, 606, 695, nunc 17, ex exteris 103 primo, Sam., LXX, Vulg., Syrus, Chaldaeus, Arabs. » Vulgati tamen multi codices habent » *in populis*, observat ad h. l. Lucas » Brugensis *Not.* p. 37, quomodo et » Radulphus Flaviacensis legit, qui an- » te annos 550 mysticos in Lev. com- » mentarios scripsit ». Ex his Vulg. cod. est meus 650. Saepe etiam in Scripturis adhibetur plur. pro sing., unde varias alias hujus vocabuli lectiones neglexímus.

Ibid. לא תעמד *non stabis* — ולא *neque stabis*, cod. Kenn. 1, 5, 9, 17, 75, 108, 129, 150, 151, 152, 193, 196, 199, 225, 244, 600 et marg., 615, primo 109, 389 B, nunc 384 a Kenn. omissus, cod. mei 12, 16, 174, 248, 503, 543, 549, 555, 592, 611, 649, 669, 766, 825, primo 2, 18, 262, 419, 443, 562, 656, 716, ex exteris meae collat. 57, Samar. codices mss. 63, 64, 65, 66, 127, 183, 197, 221, Syrus, Arabs, etiam in textu CPolitano, Targ. Hieros., ac Targ. Onkel. in mss. meis 10, 11, 12, 16, 248, 404, 543, 555, 562, 592, 649, 656, 766, et ex edit. Sorae 1490. Mendosa hic latina versio Tawosi.

XIX 17 ולא תשא *et non assumes* — לא *non assumes*, cod. Kenn. 104, 150, ex meis 419, 789, uterque ex prima manu, Sam., Vulg., Targ. Jonathanis.

Samar. impressus legit ࠀࠋ *ne*, unus, seu 363 ࠋࠀ *non*, sed septem alii codices mss. cum impresso Heb. textu conveniunt.

XIX 19 שדך *agrum tuum* — ושדך *et agrum tuum*, cod. Kenn. 181, 199, meus 419 primo, Samar., Lxx, Syrus, Arabs.

XIX 20 כי ישכב *quum cubuerit* — אשר *qui cubuerit*, cod. Kenn. 69, meus 296 primo, Syrus, et Arabs.

XIX 26 לא תנחשו *non ominabimini* — ולא *neque ominabimini*, cod. meus 503, primo 562, Sam., Lxx, Arabs. In textu Persico desideratur nexus, ac mendose idcirco is legitur in lat. ejus interpretatione.

XIX 27 לא תקפו *Non circumcidetis* — ולא *Et non circumcidetis*, cod. meus 262 primo, Samar., Vulg., et Arabs. Ita etiam ms. Comm. Jarchi ad h. l. a Kennicotto productus sub n. 153. Saadiae tamen textus CPol. copula destituitur, ac pro تحذقوا, quod mendose legitur in Polyglottis, recte suoque textui conformius legit תחדקו.

XIX 28 יהוה *Dominus* — יהוה אלהיכם *Dominus Deus vester*, cod. Kenn. 17, 95, 189, 388, ex meis 16, 419, uterque sine punctis, Lxx, Syrus, Targ. cod. mei 16, primo 419. Nomen etiam אלהים *Dei* hic inserit cod. 379.

XIX 31 אל תבקשו *ne quaeratis* — ואל *et ne quaeratis*, cod. Kenn. 9, 18, 89, 389 A, mei 669, 766, primo 262, 419, Syrus, et Arabs ex utraque edit. Paris. ac CPol..

XIX 33 אתך *tecum* — אתכם *vobiscum*, cod. mei 233, 518, uterque primo, Sam., Lxx, Vulgatus, Syrus, Arabs, etiam in textu CPol., Targ. Jonath., Targ. Onkelosi, Talmud Babil., et ita postulat analogia contextus. Ex Kenn. cod. solus producitur 81, qui habet *caph* sup. ras.. Vocabulum hoc, quod in textu redundare videtur ob sequens בארצכם *in terra vestra*, deerat primo in cod. meo 1.

